DE
FEBRIS PESTILENTIS
ESSENTIA, CAVSIS, EFFECTIS,
VIRVLENTIS QVALITATI-

bus, corruptis affectibus, maligno contagio;

NECNON DE VIRTVTE, ET efficientia Dæmonis, hominisve, circa truculentæ huius infectionis lethiferum morbum;

Etiam si nulla adsit Cœlestium influxuum noxia, aut pestilens constitutio;

DISSERTATIO VNICA

EX SOLIDA PHILOSOPHIA, ET verissimis Historijs.

IOANNE BAPTISTA MONTESDOCA,
Doctore Medico Hispalensi,
AVCTORE.

Signum saluti[illegible] *Sapint. cap. 16. 6.*

Articulus primus.

De Natura & essentia Pestis.

ESSENTIAM Pestis tractaturi, eius definitionem, descriptionemve prius oportet assignemus, ut illius natura perspecta, viam ad disceptationes planam & expeditā sternamus: definitio enim expedite proponit & expedit naturā rei. Pestis igitur secundum omnium Medicorum consensum est, *Quæ multos corripiens, eorum maiorem partem perimit*. Quæ descriptio optima est, & apprimè adaptatur cuilibet morbo pestilenti. Vt autem apertiùs innotescat huiusmodi descriptio, sciendum est, quòd morbi aut communi modo constant; suntque interse similes, & uno, eodemque tempore copiosè exoriuntur; vel sunt inter se dissimiles, & vagè, seu sparsim homines corripiunt, & è diametro communibus illis opponuntur; hi autem *Sparsi* sunt, seu *Sporades*: illi *Pandemij* à Gręcis nuncupantur.

Rursus communes sunt in duplici differentia, vel enim in una aliqua regione, vel in pluribus, aliquo tempore grassantur: & ij *Epidemij* à Græcis, à Latinis *Vulgares*, versantes in populo, & universales nominantur: Si regionales, à Græcis *Eudemij*, à Lat[illegible] *Regionales*, patrij, vernaculi, seu familiares celebri [illegible]ellatione dicuntur.

Epidemij, seu populares [illegible]
rosque enecant; vel n[illegible]
que liberi evadu[illegible]
tur, si aut[illegible]
epidemi[illegible]

limus, ut multos corripiat, & maiorem illorum partem perdat necesse est. Placitum est Galeni, pluribus in locis, sed præcipuè in commentarijs Epidemion quem omnes Medicæ Artis Doctores summo consensu ducem sequuntur.

Huius Epidemiæ pestilentis essentia, naturaque non convenit inter Authores, in quo consistat: est enim clarissimorum virorum sententia, eius essentiam sitam esse in excellentia putredinis, cuius omnes effectus pesti attribuuntur. Huius opinationis Antesignanus, Horatius Eugenius Doctissimus clarissimusque Medicus illam disertis verbis tuetur; qui asserit, omnem pestilentiam quandam effectionem putridam esse, & in excellentia putredinis omnem eius vim positam esse. Eandem tenet Baptista Montanus discrepat nihilominus in eo ab Eugenio, quod affirmet tantummodò in humorum excellentissima putredine, qui sunt in ipso corde consistere febris pestilentis essentiam, non autem in reliquis humoribus, in venis inclusis; hi enim reliquas putridas, febres possũt excitare, qui calefaciendo cor febres efficiunt; nullam autem admittit febrem diariam pestilẽtem, aut putridam. Fracastorius etiam hanc opinionẽ tuetur, asseritque, nec spiritus, nec partes solidas ita excellentissime posse putrefieri, ut concitent talem febrem; quia *Eorum*, & solidarum partium substantia repugnat eiusmodi putredini. Sẽtentiæ autem Horatij favet Alexander Massaria, atque adeo affirma[...]ti videtur.

Lib. 6. de feb. c. 10.

Lib. ad Glau. & 3 epid. & in lib. de carath. feb.

1. lib. de pest.

Fundame[...]us opinionis illud est, nihil de pest[...] excellenti putredine affir-
[...] enim humoribus putrefa-
[...]ntia, qualia in peste
[...]d substantiæ ni-
[...]m quali-
[...]eneran-
di:

di: occultæ autem qualitates nullam vim agendi Sortiuntur. Impugnationē huius opinionis consulto omittimus, ne hic primus ingressus prolixiorem, quam par est, progressum pariat disputationis; qui autem eam videre cupiat, adeat Ioannem Argenterium, cōment. in lib. Gal. ad Glauconem.

Secunda opinio nostro iam tempore celebris, constituit febris pestilentis essentiam in qualitate quadam, venenata, specifica, & occulta, quæ satis dici, explicariq; non posit, quæ formæ specificæ tribuitur. Cum autem hæc specifica qualitas ex aliquo gradu substantiæ ortum ducere, sit compertum, ab astris illum trahere pronuntiat Fernelius; differt autem à reliquis, quos infra percensemus, in eo, quod isti alias causas universales pestilentis constitutionis sufficere admittunt: convenit autem cum insignium virorum sententia, in eo quod statuit illam occultam, venenatāque qualitatem pestem producentē: cuius verba libet nunc in medium proferre: sunt enim notatu dignisima, & facile ex eisdem impugnatur proposita prima opinio; *Quoniam igitur* (inquit) *pestilens febris neque caloris incendio, ut causus, neque siccitate, ut ethica, cor torret, ab utroque plurimum differt, habetque præsentem vim, ac perniciem, omni intemperie, omni putredine maiorem, quæ una veneni specie cor vitæ fontem, spirituum domicilium, obsidet, demoliturque; hæc autem species qualis sit, eventis ponderemus; cum peste correptus solo halitu, aut excrementorum evaporatione asidentes, vel integrè sanos labefactet, iisque vestibus conta*[illegible] *exportent, reserventque diutius: conflat ha*[illegible] *putredinem; sed multo inmaniorem per*[illegible] *admodum repentina aeris infe*[illegible] *quo vis veneno expedit*[illegible] *bat, aut sit ab sco*[illegible] *sicut peste aff*[illegible]

Cap. de peste, & febribus pest.

De abditis rerum causis cap. 12.

tia, eiuſque fundamentis conſtat, quam levibus, infirmiſque rationum momentis, excellenti putredini, authores ſuperioris ſententiæ tam tenaciter aſcribant, peſtē, eiuſque accidentia.

Hæc ſententia mihi, ut longe verior probatur, & arridet, utpote, quæ conformior ſit principijs phyſicis & cum ſolida Philoſophia egregie cōgruat. Eam tuentur Mercurialis, Argenterius, Saxonia, Euſtachius Rudius, Capivaceus, Mercatus, & omnes Recentiores. Quāquam ijdem ipſi Auctores paulo ſint obſcuriores, ſimulque parciores in hac peſtilentis morbi eſſentia plene, luculenter, & dilucide exponenda.

Lib. de peſte 15. Lib. de febribus ad Glau: cap. de peſte. De febrib' 38. De febrib' 30. De febrib' c. de peſte. De febrib' c. de febre peſt.

Quo igitur pateſiat qualis ſit illa occulta qualitas, à qua ve forma ſpecifica originem trahat, aliqua ſunt ſtatuenda fundamenta, ut in illius clariorem notitiam facilius deveniamus. Primum igitur ponamus, quālibet qualitatem activam ſui activitate conteſtari naturam ſubſtātiæ, vel principij, à quo per ſe emanat.

Cuius ea ratio eſt, quod ubicumque reperiatur, inſervit illi, & intendit aſsimilare paſſum ad naturam ſui principij, ex quo ea qualitas ortum habet, qua, tanquam medio inſtrumento in agendo utitur; quod exemplis declaratur. Calor enim, v.g. ubicumque extiterit, agit virtute ignis, aut quaſi virtus ignis: frigiditas ſimiliter, quia agit ut virtus elementorum frigidorum, infrigidat, condenſatque ubicumque reperiatur. Actiones enim ut Philoſophus docet, ſunt ſuppoſitorum, nunquam enim accidentia ſunt a[...]cipalia, quidquid enim ſunt, alicuius [...]ropterea enim dicuntur non tam [...]alis entia. Eſſentialiter enim [...]ium agentium. Ad reperien-[...]n à qua ſubſtantia ori-[...]lta, inquirendus [...]tatis, & eiuſdem

dem actio;talis enim terminus, & eiuſdem rationis erit, cuius fuerit principium, & origo, à qua ille effectus provenerit, vel erit idem ac principium, vel ſaltem propria paſsio. Patet hoc evidēter in qualitatibus effectivis, quæ deducunt paſſum ad illum gradum entis, à quo emanant. Qualitas, v.g. productiva, & diſpoſitiva ſubſtantię, ut potentia generativa hominis deducit materiam ad productionem hominis, potentia concoctiva, deducit, & diſponit materiam ad productionem ſubſtantiæ, &c.

Supponendum eſt ſecundo, & quaſi ex notiſsimo experimento ſtabiliendum, omnem peſtilentem qualitatē ſemper putrefacere ſubiectam materiam: eſt enim apud Medicos axioma vulgare, cauſam materialem febris peſtilentis eſſe excellentem, ſordidiſsimamque putredinem; ergo oritur per ſe ex aliquo gradu ſubſtantiæ, ad quē materia deffertur per putredinem.

Tertio ſupponendum, in materijs putreſcentibus decurſu putredinis dari formas quaſdam medias inter formas mixti per ſe intentas à natura, & formas elementares; quæ quidem formæ mediæ diverſæ ſunt ſecundum diverſum gradum putredinis. Dari autem tales formas medias ex eo patet; quia nec ſunt formæ mixti à natura per ſe intentæ, cum iam per putredinem talis forma priſtinam unitatem amiſerit, quam in mixtione debebat cō ſervare; putredo enim ſeparat miſcibilia; *nam mixtio eſt miſcibilium alteratorum unio*; & in tali diſſolutione, quæ fit per putredinem, non poteſt conſervari forma mixti: quia formæ non poſsunt ſu[...] gis, aut minus, cum in indiviſibili conſiſtant; nec[...] ium ſeparatio ne poſsit breviter ſuccedere [...] uo ad tempus, in quo integra ſep[...] quitur evidenter ſuccede[...] mam mediam [...] ſe intenta[...]

Quarto ſupponendum,quod provida natura ſingulis, tam elementis , quam elementatis , cum corruptibilia conſpiceret,dedit potentiam ſui, vel ſimilium productivam,cuius actione ſingulæ ſpecies propagarentur. Cum igitur tales formæ mediæ contineantur ſub latitudine rerum corruptibilium,neceſſario debent participare hanc potentiam,& proprietatem ſui ſimilium productivam.

His ſuppoſitis,ſit prima concluſio;Si effectus proprius qualitatis peſtilentis attendatur,invenietur eſſe hanc proprietatem ſpecialem rerum ſordidiſsime putreſcentium. Probatur;Nihil qualitati peſtilenti tribuitur,quod nõ tribuatur huic proprietati rerum putridarum ſordidiſsimæ, ergo putreſcentium hæc proprietas, & qualitas peſtilens idem ſunt.Probatur antecedens; Ijdem effectus cauſantur à peſtilenti qualitate,& ab hac proprietate rerum ſordidiſsime putreſcentium:ergo quod uni conceditur, alteri debet attribui.Probatur antecedens;Repẽtinæ,aut breviſsimæ mortes,graviſsima accidentia, contagium , impoſsibiles fere,& rara everſio ſunt communia uni, & alteri:ergo ijdem effectus cauſantur ab utraque.

Secunda concluſio;Hęc proprietas eſt quædam qualitas occulta reſultans à forma ſpecifica putrida ſordidiſsimè.Hæc concluſio habet duas partes,quarum prima aſſerit,hanc proprietatem eſſe qualitatem occultam:Quod ſic probatur: Si nõ eſſet qualitas occulta, eſſet ex primis, vel ex ſecundis,quæ reſultant ex primis,aut ex tertijs;ſicut lux,quæ contrarium non habent: at,ad nullas harum reducitur,ergo eſt qu[illegible]culta.

Secundo pro[illegible]ectu , quia hæc qualitas ita oper[illegible]tis ei adverſetur:ergo eſt qua [illegible]batur, quia ei adverſantur, [illegible]gnant ; ergo nulla ex ma-

[illegible]tur; ſcilicet

quod

quod illa qualitas reſultet à prædictis formis putreſcentibus medijs inter formas mixti à natura per ſe intentis, & formas elementares, quod duplici medio oſtenditur. Primo, quia cuilibet formæ debentur ſuæ proprietates ſpecificæ, ergo tali formæ mediæ putridæ debetur talis qualitas, ſed talis qualitas eſt productiva ſolummodo talis formæ mediæ, ergo eſt illius propria paſsio.

Secundo probatur: quia talis qualitas eſt accidẽs; hoc autem non poteſt eſſe ſine ſubſtantia naturaliter loquendo; ergo alicui ſubſtantiæ debet accidere, non mixto, ut mixto; quia mixtum unione miſcibilium conſervatus, hac autem peſtilenti qualitate deſtruitur, & non datur, aliud ſubiectum, à quo emanet præter hanc formam mediam, ergo huic formæ mediæ debet in eſſe.

Circa prædicta duo poſſunt proponi dubia: alterum eſt, non ſemper apud Philoſophos, & Medicos eſſe manifeſtum principium putredinis effectivum oriri per ſe ab aliqua materia putreſcenti, & forma ſubſtantiali ibi inſita, neque ex efficacia putrefaciendi id infertur. Calor enim elementaris ſufficit, ut Auctor, & principium putredinis; inde tamen non infertur, quod per ſe emanet ab aliqua forma media putrida, ſic à nobis dicta; ſed potius emanat ab elementis per ſe; ergo ſimiliter eo, quod peſtilens qualitas ſit principium efficax putrefaciendi, non infertur quod per ſe emanet à prædictis formis medijs putridis, ſed erit alterius intentionis: & per conſequens principium, ex quo nos inducimur ad cognitionem principij, originiſque proprietatis occultæ p[illegible]s, ex proprietate activitatis eius effectivæ: non [illegible]

Secundum dubium eſt, quod etia[illegible] cipium firmum eſſet, non eſſet ce[illegible] litatem ſemper putre[illegible] a[illegible] dã: datur enim [illegible] lens; ergo n[illegible]

Confirmatur ex Avicena aſſerente,in epidemia peſtilenti pulſum bonum,& urinam bonam, & ægrum tendere ad mortem : ergo ſine putreſcente materia ; ergo non ſemper talis qualitas putrefacit. Probatur,quia ex Medicorum conſenſu, datur peſtilens febris hectica , quæ habet calorem febrilem in partibus ſolidis, & tamen partes ſolidæ non poſſunt ſordidiſsime putrefieri, utpote quæ cum ſint craſſæ ſubſtantiæ,in qua prædominatur *frigiditas*,& ſiccitas reſiſtunt ſordidiſsimæ illi putredini requiſitæ ad hanc formam mediam putridam, ex qua pullulat illa maligna qualitas occulta, peſtilenſque, quod cōportum in lapidibus, lignis, & alijs craſſæ naturæ videmus, quæ ſordidiſsimè non putreſcunt defectu lentoris ; ergo talis peſtilens qualitas non ſemper putrefacit.

Confirmatur ſecundo , datur enim febris diaria peſtilens, quæ ex ſpiritibus putrefactis,generatur ; ſpiritus nō poſſunt ſordidiſsimè putrefieri;ergo talem peſtilentē qualitatem non eſt firmum ſemper putrefacere. Minor probatur,ſpiritus ſunt noſtri corporis calidiſsimū ; quæ ſunt talis naturæ non poſſunt putrefieri; Maior patet ; minor probatur,quia preter ignem omnia putreſcunt,ergo, quę ad naturā igneam proprius accedunt, minus putrefient.Ротерea minori lētore præditi minus poſſunt putrefieri, ergo non poſſunt excellenter putrefieri : ergo talis peſtilens qualitas non ſemper putrefacit.

+ Cg talis qualitas n̄ semper putrefacit —

Sed tamen hæc non ſatis ſunt , ut nos à noſtris concluſionibus avellant. Abunde enim ſatisfaciemus.

Primæ diff[...] reſpondetur;quod,quamvis calor, & qualit[...]trefaciāt, diverſimodè ſe habent, [...]facit quærendo propriam diſpoſitio-[...]ſed ultra progreditur in illa portio-[...]hi[...]ndo formam ignis,& [...] conſervaretur, [...]arva , & tenuis

nuis portio resistit parúm, & sic, calor putrefaciẽs ex speciali sua natura nõ quærit putredinem gignere; sed quærit summè attenuare materiam; quia ipse ex tenuissima substantia ignea, aut aerea dimanat; & in ipsa quiescit: quod sic forte putrefaciat, id accidit: quia eam portionẽ materię, quam extrahere, & deducere conatur, non potest perficere, propter materię lentorem, & visciditatem, & sic quæ resolvi incęperunt, iterum cõfunduntur: in quò consistit ratio formalis putredinis; at vero pestilens qualitas putrefacit quidem, ut compertum est experiẽtia, & quo intensior, & sordidior extiterit putredo, eo urgentior ex istit pestilens qualitas; sic q; ista semper intendit per se putrefacere: quodlibet enim principium effectivũ dispositionem sibi requisitam intendit.

Dubio secundo respondetur febrim pestilentem non posse esse hecticam (licet febri hecticæ admittã posse cõplicari pestilentem) quod sic probatur. Febres pestilentes sunt evidentissimę, citissimę, & acutissimorum accidentium, hectica vero febris mitissima, lænissima, & dificillimæ cognitionis, ergo non potest per se sola invadens esse pestilentem.

Ad authoritatem Avicenæ *de bono pulsu, & urina bona & ægro ad mortem tendente*, respondetur, non intelligi pulsum bonum, & bonam urinam, quòd absolute talia sint (quia id manifestè implicat) sed vult, mori ægrum sine eo, quod appareant qualitates intensissimę, quales in causone &c. Veluti enim maligna qualitas cum minore intensione caloris febrilis potest occidere, propter spetialem modum activitatis: sic potest occidere propter eã dem rationem, sine eo, quod in pulsu, & urina [illegible]cedant tan manifesta signa læthalia. Hoc exe[illegible]
in potentia nutritiva, quæ cum r[illegible]
actum nutritionis, qui tamem e[illegible]
modum instrumẽti [illegible]

lens qualitas dirigendo remiſsiorem calorem, occidit; cũ tamen is calor ſeparatus ab illa occulta qualitate occidere non poſsit: & ſic in pulſus & urina, quæ apparent bona in manifeſtis qualitatibus, cum maligna illa qualitas nõ appareat, quia eſt occulta; & perijt æger cum graviſsimis ſimptomatibus. Atq̃ hæc de hoc articulo dicta ſufficiãt.

Articulus ſecundus.

An, præter aerem, poſsit peſtis habere aliam externam cauſam?

ESſentiã, & naturã febris peſtilentis in antecedenti articulo agitavimus prolixius, quàm ſtatueram, non tamen quantum difficultatis dignitas & magnitudo exigere videbatur; nunc brevius reliquas difficultatates expediemus, quæ debẽt neceſſario præmitti ad pręſens inſtitutum. Ordine itaq; ſequitur diſputãdum de cauſa externa peſtis; an ſcilicet aerem ſolummodo, au alias cauſas externas communes poſsit habere? in qua difficultate authores in duplicẽ ſententiam diviſsi, quidam huic, alteri, illi patrocinari videntur. Eſt celebris opinio, quæ non cõtemnendis authoribus fulcitur, aerem, ſemper eſſe febris aut peſtilentis conſtitutionis genuinam & verã cauſam.

Fundamentum huius opinionis in hoc ſtare videtur; quod, cum peſtis ſit univerſalis effectus, requirit cauſam univerſalem, quæ illum efficiat. Nulla autem cauſa eſt, nec poteſt eſſe univerſalior, quam aer; ergo aer ſemper erit cauſa e... rna peſtilentis conſtitutionis. Confirmatur ... uſabilis eſt aeris attractio; tandiu e- ... reſpiramus; reliquæ cauſę commu ... impediri, ergo ſolum aer poteſt ... conſtitutionis. Confir

firma-

firmatur secũdo; quia, cum ex prava victus ratione propter caritatem annonę resultat pestilens contitutio, aut ex aquis vitio aliquo infectis, divites possunt fugere nocumentum, quod resultat ex tali depravata constitutione; aerem autẽ fugere non possuũt, ergo aer est causa infallibilior, certior, & quæ ceteris omnibus debet anteponi. Hanc opinionẽ inter doctos doctissimus Vallesius egregie sustinet his verbis. *Quare aer morbos parit omnibus communes, fortunis, ætatibus & sortibus? quia aerem nemo potest fugere; reliqua omnia possunt, &c.* *1. Epid. in eius præfa.*

Huic sententiæ non parum patrocinari videtur eorum opinio, qui cælesti influxui pestis causam addixerũt; quasi solúm ex tali planetarum coniunctione qualitas quædam resultet, quæ sit talis conditionis, & naturæ, ut plurimos mortalium pestilenter inficiat, & eorum maximam periclitantem partẽ è vivis auferat, & licet verbis à prędicta opinione recedant, re tamen convenire conspiciuntur: Astra enim quomodo pestem possunt causare, nisi communicando talem dispositionem aeri, quòd inmediate corpora afficiat, & cum talis qualitas sit inimica naturæ, opprimit, evertit, delet, & extinguit miseros mortales; ergo ab aere proveniens infectio asserenda est.

Huius quoq; sectę esse perspicitur Fernelius. Cuius hęc verba; *cælitus autem fiunt in aere effectiones, constitutionesq; duplices scilicet, aliæ qualitatum exuperantiæ, vel in æqualitates ex temporũ statuumq; mutationibus, ex quibus putredines graves oriuntur; aliæ vero sunt in quinamẽta cælitus demissa ex temporum mutatione, tempe[illegible] magna vi, quicumq; morbi fiunt simplicite[illegible] cæli vero inquinamenta non hos solum[illegible] tes generant, qui sunt Epidemiorũ[illegible]* *De abditis rerũ causis cap. xij.*

dovicus etiã Mercatus hui[illegible]
ctatu de febrib⁹ [illegible]

ciosa aut, si, mavis, venenossus quidã vapor in aere cõceptus, qui vitali spiritui omnino obsistit, aut aereũ venenum, ex putridorũ humorũ admixtione, vel infelici planetarũ concursu in perniciosissimam animantium genus conditionem dira conversione mutatum.

Quantum autem hi doctissimi viri à vero declinaverint, ex dicendis patebit. Si enim talis qualitas occulta pestilens oritur à cęlo, vel debet oriri, tanquam a causa univoca; vel tanquam a causa æquivoca; neutro modo oritur, ergo nullo modo oritur. Minor probatur, quia si oritur talis qualitas pestilens à cælo tanquam à causa univoca, sicut lux oritur a sole, sequitur quod talis ortus certus, & determinatus sit, sicut est ortus diei & noctis temporumq; anni vicisitudines, & adhuc in his influxibus ab inferioribus determinantur cælestia corpora, & frustrari possunt; sed eventus pestis non est certus & determinatus alicuius astri ffeectus, ergo non potest reduci ad corpora cælestia, tanquam ad causam per se univocam & determinatam.

Quod vero pestis non oriatur à cælo tanquàm à causa æquivoca probatur, quia hic queritur principium certum & determinatum pestis, ergo non potest tribui causæ ęquivocę & indeterminatæ: Probatur, quia si calor cęlo tribuitur, non quiescimus quousq; particularem gradum substantiæ cõgnoscamus, cui posit attribui, & à qua dimanet: sicut est ignis, aut aer, ergo est necessarium designare causam univocam, à qua inmediate oriatur talis qualitas.

S... nda opinio afirmat, epidemiam pestilentem non ... ortiri causam; Sæpius enim ab aere pu... depravato victu, aliquando a venena ... o dicam, à quavis causa univer... dita ... t corporis humores ... eddere, ut ex tali putre-

putredine reſultet illa forma media inter formam mixti, & elementalem; dummodo talis cauſa plurimos ſimul af ficiat, & ex eis maiorem partem perimere valeat, talis e-rit cauſa extrinſeca peſtis.

Fundamentum huius opinionis eſt: quia, cum deſcriptio peſtilentis conſtitutionis ſit, *quod plurimos corripiat & maiorem partem perdat*, cuicumq; cauſæ comuni externæ potenti concitare talem conſtitutionem, congrue convenire videbitur, quod ſit peſtis cauſa externa. Quod exemplis oſtendetur in omnibus huiuſmodi eventibus, & incipiendo ab aere, ex illo habuit originem illa maxima peſtis a Tucidide deſcripta, & toties à Galeno decantãta, pluribus in locis, ſed præcipue lib. de differentijs febrium, cuius mentionem fecerunt Titus Livius, Dioniſius Halicarnaſſæus, & alij authores. Hæc cum originem ab Ethyopia deduxiſſet, reliquas provincias invadens, tandem in Hiſpaniam penetravit, ex qua ſine numero mortales periere. Ex aqua aliquando originem habuiſſe teſtantur Hiſtoriæ, & ut unam pro multis omnium certiſſimam recenſeam, anno Domini milleſimo centeſsimo decimo octavo, ſede Apoſtolica Galliam in habitante, eãq; Clemente Sexto gubernante, & Rege Gallię Phylippo Quinto Franciæ imperante ſęviſsima peſtis orta eſt, aquarũ infectione à iudæis Chriſti acerviſsimis hoſtibus, qui cum graviſsimè puniti fuiſſent propter nefandum, & horridum ſcelus, & ſumma omnium lętitia, effrenate jactabundis exulãtibus à toto regno, iterum reverſi, vindictę, & ultionis altius, quam par erat in mente fixę, temporis de curſu non obliti, cogitarunt de diro illo [illegible] ſcioq;
auſu coinquinandi puteos, fontes, & [illegible] d
in excuſſabiliter ab omnibus mo[illegible]
rat, etiam in excuſſabile lethum p[illegible]
lor! re ipſa perfecerunt, quod [illegible]
ſe omnes co[illegible]

Lib. 1. cap. 4.

Illeſcas in vita Clem. 6.

Petrus bo-vis tan. de miris cap. x.

Claudius teſerant cap. x.

facinore, in certam, & destinatam diem, composuerunt toxicum quoddam conflatum ex Elephanticorum sanguine afectis, urina humana, & succo quarundam herbarum venenatarum, collectumq; linteis, & ut non supernataret impositis gravibus quibusdam ponderibus, in puteos, fontes, & flumina iniecerũt, ex quo secuta fuit adeo funesta calamitas, & constitutio pestilens, quod, ut authores referũt, tertia totius orbis pars perijsse visa est.

Lib. 25. ca. iij. Plinius etiam refert, de Venefico fonte ita deleteria qualitate infecto, ut haustu uno totum imperatoris Romani exercitum perdere potuisset.

Lib. ij. epid. sect. iiij. Ex victu etiam originem sumere aliquando hanc pestilentem Epidemiam, constat ex cõstitutione, quam affert Hipp. In Eno. leguminum esu cõtinenter in Epidemicos morbos incurrentes; ubi notatu dignum videtur, non solũ viris; sed etiam mulieribus tales morbos fuisse cõmunes.

Lib. 2. cap. xiij. Strabo etiam, ut refer Ioanes Langius, in epistolis medicinalibus, nõ solũ in Germania, neq; ex vitio aquæ tãtum, sed in Arabia quoq; ex fructuũ, ac pomorũ eius regionis esu, in Gallorum exercitu pestilentẽ sęvisse constitutionẽ tradit, quæ sua seminaria in Daniã, & Noruegã

Lib. 9. cap. 38. *Lib. 16. c. 51.* usq; propagasse videtur. Olaus magnus de regionib⁹ Septentrionalibus historicus, harũ rerũ testis ocularis scribit, ex cibis, piscibus, carne, sale & suffitu maceratis, esculentis frigidis & crudis, ac pane non probe pisto, morbũ illũ horrẽdũ castrẽsem incruduisse Epidemicũ in Dania, &c.

1. de diff. feb. c. 4. Galenus etiam noster, pręceptoris authoritate excellẽs cap. de febri pestilenti hoc dogma cõfirmat; asserit enim, *magna autẽ ex parte incipit talis febris ex inspiratione ae-*
ri[...] edinis autem principium, vel cadave-
[...] natorum, quemadmodum contingit
[...] m, vel lacuum, vel paludum, statis
[...] &c. Et explanans causas pestilẽ
[...] *humores cor-*
porum

porum, ex prava victus ratione erant putredini obnoxij: hinc febribus pestilentibus origo data est,&c.

Ex quibus infertur non solū acrē in universum constitutionis pestilentis esse causam, sed etiam turpiter errare illos, qui semper influxū cęlestē Epidemiam perniciossam inferre, tanquam certum statuunt.

Ne autem authoritatibus solum pugnare videamur, sit in confirmationem nostrę opinionis, & eversionē contrarię sententię primum argumētum. Illa erit Epidemia pestilēs, in qua plures uno eodemq; tēpore similibus afficiūtur morbis, & maior pars interit; sed ex qualibet causa cōmuni potest generari talis cōstitutio, ergo non ex solo aere ortū ducit talis constitutio. Maior patet: minor probatur, quia uno eodēq; die possunt in una urbe & in una regione propter annonę caritatē, ex depravata victus ratione plures ęgrotare, & maior pars potest mori; ergo nō semper ex aere sequitur pestilens constitutio, antecedens probatur historijs adductis ex Galeno & Hippocrate in Epid.& lib. de febrib. ergo consequens erit certum.

Nec satisfacit respōsio doctissimi Mercurialis asserēs, tunc esse pestem, sed non veram pestem: quia erit regionalis seu veracula, & non cōmunis, popularisq; constitutio: tūc sic argumētor; sequeretur inde, quod de essentia pestis sit, quod universū mūdū, vel maiorē partē occupet, ergo vel regionalis erit pestis, quia ei cōpetunt prędicata essentialia pestis; vel non est de essentia pestis, ut maiorē partē mundi occupet, & interrogo; quę nūc tot pręclaras Italiæ urbes depascitur, depopulaturq; quo nomine appellabitur? abeant igitur nugę, & arctum annulum ne geramus, ne veritas in oscuro latens in angustias nos perd[illegible] *Lib. de peste.*

Vt autē cum distinctione loquamur [illegible] co laboremus, est asserendum; aliud e[illegible] sam immediatam externam constit[illegible] aliud verô mediatam externam. M[illegible]

tus pestilens sine eo, quod aer corruptus sit causa immediata talis status pestilentis, ut in corrupto cibo, & potu notissimum est. Si vero perseveret talis status decursu tẽporis inficitur aer, tam ex expiratione, quæ continuò efflatur, quam ex vaporibus ab infectis aquis elevatis, &c.

De modo autem, quo cælestis influxus possit causare pestilentes effectus; Dicendum, quod cęlum cum sit universalis causa omnium sublunarium effectuũ, & permutationum, etiam pestis non potest subterfugere amplissimam eius activitatem. Quod sic confirmatur, quia cęlestia corpora dicuntur causare effectus particulares in his inferioribus, quia applicant suo motu causas inferiores. Sed non patet, quare pestis causas applicare non possit; ergo pestem, possunt causare saltem per modum causæ æquivocæ.

Articulus tertius.

An Pestem necessario comitetur contagium tamquam proprium quarto modo.

DE contagio in hoc articulo tractaturus, erit prius supponendum quid sit, ut sic eius natura explicata, facilius eius ratio possit investigari. Est igitur contagium *qualitatis morbosæ, qua unum corpus, vel plura corpora afficiuntur, ad aliud vel ad alia transitus*; Contagij enim ethymologia a contactu: & simul tactu oriri est certum. Cuius [illegible] atura provenit ex efficacia, & activitate [illegible] ssentiã possit sui simile producendo in [illegible]. Aut aliter ex doctissimi Mercurialis [illegible] ontagiũ; quod sit *comunicatio mor-* [illegible] *orpo*[illegible]. In quo quatuor

veniunt

veniunt conſideranda: primum id, quod cõmunicatur, ſecundum corpus, quod cõmunicatur, tertium corpus, cui cõmunicatur, quartum medium per quod communicatur; quod communicatur debet eſſe qualitas, & hęc reproductiva ſui ipſius, ſi enim activitate ad ſui reproductionem careret, non poſſet ſe tranſmutare; omitto queſtionem illam an in tali transmutatione, ſolummodo per intentionales ſpecies ſentiatur in paſſo, quod agens tranſmutat, de hac enim pręter philoſophos, Theologos P. Frãciſcum Xuarez, Patrem Rubio, & P. Petrum Hurtado, illã ex profeſſo diſputantes, noſtri ævi doctiſsimos Valleſsiũ, & Petrum Garcia Medicos omni laude digniſsimos, hanc controverſiam dirimentes poſſumus conſulere.

Sed ad noſtrum inſtitutũ redeundo, cum qualitas, quę communicatur ſit accidens, debet alicui ſubſtantiæ in hęrere; ſubſtantia autem cui inhęret, vel eſt vaporoſa, vel humor tenuis, qui facile in aliud corpus poſsit trãſmigrare; corpus autem quod tale venenũ communicat, vel eſt tali morbo affectum, ut ſit peſtilens, vel fomes, corpus inanime, in quo reſervatur talis venenoſa qualitas: tertio corpus, cui communicatur, debet eſſe quod habeat aliquam ſimilitudinem, cum corpore, à quo accipit talẽ vaporem, aut ſpiritum deleteria qualitate infectum. Si enim ſit multum diſsimile, difficillime ſuperabitur, & quę aſſueta tali veneno, nil virium habet venenum ad trãſmutationem; ſic legitur apud Euſtachium Rudium medicum præſtãtiſsimum. Aquileię habitatores omnes lienis tumore cachexia, & pravo corporis habitu laborare & æſtivo tempore nullũ alium affectum pati, aut morbum graviorem, quia aſſueti hiberno tempore illi cæli ſtatui, vere nullo alio morbo laborant, ſi quis autem advena (ęſtatis tempore in quo multi vapores à ſole elevati aerem inficiunt) ibi unica tãtum nocte detineatur, ſtatim febre peſtilenti corripitur, Auſtro & Euro, Noto per id tẽpus inſpiran-

Lib. de peſte cap. xxx.

pirantibus, & aerem inquinãtibus, quartum & ultimum requisitum est medium, per quod transmittitur tale contagium, quod debet esse aer, qui sicut recepit facillime calorem, fumum, aut odorem; ita recipit facillime putridas exhalationes, pestilentesq; & arcana qualitate præditas.

Cum autem tres contagij modi reperiantur; decrevi breviter proponere modo, earum differentias, ut sine obstaculo aliquo, quęstionem propositam in articulo, disputare posim. primus contagij modus est, quando ipse laborans aliquo morbo contagioso affectus, sine alterius interventione alteri corpori suum affectum, aut dispositionem in partitur: unico enim contactu, per mediam venenatam naturam, cuius est particeps, humores corrumpit & naturæ infensos reddit, perniciossosq; qui cum amplius à natura non posint regi, putrescunt, & febrem pestilentem gignunt: ex simili causa fuit pestis maxima snb Maximino Imperatore, ut refert Nicephorus, fuerunt enim multi peste correpti, qui pietate Christiana de ægrotis curantes, nullum mortis periculum iudicantes, in discrimem vitæ se offerre non excusarũt, ęgrotantis enim miseris, desertis, à consanguineisq; & clientibus oblitis, opem ferre nõ dubitantes, alacri animo morbum subire, non expabescebant; secundus contagij modus reperitur in fomite, qui cum sit vapor ille reconditus, & inclusus in poris, & spatijs illius corporis, in quo servatur; facile in aliud transit, quod refert Hieronimus Mercurialis, & pro confirmatione affert Evagrium in historia Eclesiastica narrantem, pestem illam maximam, in qua homines, qui ea fuerunt affecti, & alij, qui nullatenus illam pasi fuerunt, in alias regiones, in quibus sanitate fruebatur, progredientes, sanos inficiebant; cuius nulla alia causa, pręter vaporem inclusum in vestibus potest inveniri.

6. hist. Eccles. cap. xx

Tractat. de peste c. 14.

lib. 4. c. 28

Tertius

Tertius contagij modus, reperitur in aere, in quo propter venenoſam qualitatem, in ipſa eius ſubſtantia repertam, dextructaq; eius temperie, ſive vaporibus extraneatus corrumpitur; diffunditq; tanquam univerſaliſſima cauſa hanc arcanam qualitatem in mortales omnes, qui eo fruuntur. Ex his autem contagij modis, mitiſsimus, blandiſsimus eſt, ex fomite; dirus autem & immanis, qui fit de viventi, in vivens; nec ei multum diſsimilis, qui fit ab aere; & ratio eſt, quia contagium communicatum a viventi, in vivens; quia magis approximatum, maiorem efficaciam in agendo ſortitur. Secundo, quia cum à corpore calido, maiorem vim in operando acquirit, quia iam à calore actuatum facilius tranſmutatur. tertio quia cum medio motu, talis occulta peſtilens qualitas ſuam vim impartiatur alii corpori, ubi adeſt calor, maiori cum impetu fit talis tranſmiſsio, propter vim impulſivã qua pollent, ſolis viventibus communicatam, & etiam naturis intellectualibus, ut infra in propio articulo videbimus.

Secũdo. aer magis appropinquatur activitati in agendo in corpus vivens, non quia ſua natura ſit ſumme activus, ſed quia ex inſpiratione ſcitiſsimè læduntur partes noſtri corporis, in quas ingreditur, & eas tangendo, ſuam veneficam vim facillimo negotio illis communicat, huiuſmodi ſunt pulmones, arteriæ & cor. Et ſi daretur per impoſsibile, ut homo ſine reſpiratione vivere poſſet, licet aer, tali corrupta & peſtilenti qualitate potiretur, nec eſſet inffenſus, nec adeo ſcitiſsimam mortem poſſet inferre.

Vltimo tandem, mitiſsimus, blandiſsimuſq; contagij modus ex fomite reſultat, nulla alia ratione, niſi defectu motus, qui ei non aſſociatur. Et ſic ſi perſeveret quietus & à nemine tactus, nullatenus ſuam vim alteri corpori comunicat.

 His

His omnibus suppositis quæritur in hoc articulo, an pestem tanquam propium quarto modo, comitetur contagium? an vero sit tanquam qualitas alia, quę ei conveniat; ut omni, & soli, licet non semper? prima opinio asserit nullatenus esse de essentia pestis contagium, nec tanquam pasio eius, nec tanquam alia qualitas. fundamentum autem huius opinionis est, quod de essentia pestis sit multos corripere, & maiorem illorum partem perimere, ergo nulla ali a propietas erit de essentia pestis.

Probatur primo quia uno eodemq; die ex aere pestifera qualitate inquinato, multi homines ægrotant, & corũ maxima pars extinguitur, in hoc nullum datur contagiũ; & tamen reperitur morbus pestilens, ergo contagium nõ est de essentia morbi pestilentis.

Secundo quia ab influxu cælesti oritur Epidemia pestilens, & tamen licet postea succedat contagium, multi tali Epidemia corripiũtur & maxima pars eorum perijt; ergo contagium non est de essentia morbi pestilentis.

Tertio quia si contagium esset de essentia morbi pestilentis, data una constitutione pestilenti, numquam cessaret, hoc est contra experientiam; ergo contagium non est de essentia morbi pestilentis.

Probatur maior quia data causa efficienti, & in actum reducta in excussabiliter sequitur effectus, & pręcipue si nullum ad sit impedimentum, sed in ultimo anno, in quo grassatur talis Epidemia pestilens, datur causa efficiens necessaria, quia dantur maiora cõtagij seminaria, & maior in passo dispositio ad recipiendam formam; ergo debet durare in posterum talis effectus.

Quarto quia si contagium esset necessarium in peste, vel tanquam eius essentia, vel tãquam propia pasio; nõ tãquam eius essentia, quia salvatur essentia in illa forma media putrida; ergo non tanquam propia pasio, quia deberet illi convenire, ut omni, soli, & semper; datur & reperitur

ritur in alijs, præter morbum pestilentem, contagium, ergo non illi convenit tanquam propia passio.

Minor probatur quia pthisi, optalmię, lepræ, & omnibus morbis cutaneis competit esse cōtagiosos; ergo iam morbo pestilenti non convenit, tanquam propia passio esse pestilentem.

Confirmatur ex Procopio, qui narrans maximam illā pestilentiam, quæ contigit sub Iustiniano Imperatore, in Vrbe Constantinopolitana, affirmat, fuisse gravissimam pestem; sed nequaquam fuisse contagiosam. *L. 2. de bello persico.*

His non obstantibus, sit nostra conclusio affirmās pestem secum afferre contagium, tanquàm propium quarto modò. Pręcipuum fundamentum huius conclusionis ex hoc sumitur, quòd, cum qualitas occulta pestilens effectus illius formæ mediæ, & quam semper comitatur, sit summe activa, & sui reproductiva, ubicumq; reperiatur deducit passum in formam, cuius est instrumentum, & quantum est in se illud assimilare intendit;

Hanc conclusionem tenet Gale. & cum eo Sacxonia, lib. de peste, Iuanes Fernelius de abditis rerum causis, Iuanes Argenterius, Horatius Eugenius, Eustachius Rudius, Capivaceus, Ludovicus Mercatus, Alexāder Massaria, Mercurialis, omnes in lib. de peste; & est cōmunis. *1. de dierē tijs fel. 2.*

Si autem ad eius probationem rationes deficerent, unicā experientiā testaremur sufficere, & utinam tam vera non appareret, ut compertum habemus.

Ratione autē probatur; cuuilibet formæ specificę corruptibili datum fuit à natura medium, quo se se possit reproducere ergo formæ specificę pestilenti corruptibili, debetur tale medium sui reproductivum.

Antecedens patet; probatur consequentia, nullū aliud medium, pręter qualitatem pestilentem, apparet concessū à natura tali formę medię ergo tale medium fuit, hec qualitas pestilens tributa tali formę pro sui reproductione.

Tunc

Tunc sic argumentor; si non daretur contagium, non daretur talis qualitas specifica sui reproductiva; ergo datur contagium.

Probatur antecedens, si non daretur transitus de uno corpore in aliud, media hac qualitate specifica, non daretur contagium; ergo datur contagiũ, quia datur talis qualitas sui reproductiva.

Nè autem laboremus in hoc quia ita experientia notissimum, nollo in morari adducendo in medium quamplurimas rationes; quibus fulciri posset hęc sententia. Tẽpus autem in re meridiana luce clariori terere, est superva caneum; solumq; in responsione ad argumenta tantisper in morabor, aliqua enim illorum maximam difficultatem continent.

Ad primum respondetur; nos non designare unicam causam pestis: plures enim verissimas habemus, & sic, licet aer sit causa externa eius, & humores in corpore corrupti pariant talem specificam qualitatem, postea sequitur contagium ex illis.

Ad secundum argumentum respondetur idem, quod ad primum. Nos non disputare hic de numero causarum pestem inducentium, bene tamen de effectibus, infallibiliter sequentibus talem morbum.

Ad tertium respondetur, nullatenus illationem sequi: quia sicut aer, qui extitit universalior causa morbi pestilentis, rectificatur, tam qualitatibus, quibus pollet extraneatus, & alteratus & substantia putredinosa qua afficitur correptus: sic similiter fomes, in quo includitur teter ille pestiferæ luis vapor, expurgatur, amittitq; evẽtatione & novę aereæ portionis ingressu, illam fœdam qualitatem, quà inquinabatur, & sic non potest, per longius tempus sua seminaria cõmunicare.

Ad quartum respondetur contagiũ prędicari de morbo pestilenti tanquam propium quarto modo; cuius ratio

tio formalis eſt, quod ſemper tale contagium comitetur illum tanquam propia paſsio, eſt tamen difficultas quomodo poſsit contagium eſſe peſtis propia paſsio, ſi in alijs reperitur, ut probatum eſt; de ratione enim propiæ paſsionis eſt ut nullatenus in alijs, ac in illis, cuius eſt propia paſsio, reperiatur.

Cui dubio reſpondetur; quod duplici modo poſſunt conſiderari paſsiones; videlicet ut proprietates rerum diverſarum ſpecierum, aut in ordine ad actum, & obiectũ; ſi conſiderentur, ut paſsiones diverſarum ſpecierum, diſtinguntur ſpecie; ſi autem conſiderentur in ordine ad obiectum, ſunt eiuſdem ſpeciei. v. g. potentia viſiva hominis, & potentia viſiva, equi, ſi attendatur radix huius potentiæ, diſtinguntur ſpecie; quia radix, à qua originem ſumit potentia viſiva hominis, ut in homine, diſtinguitur ſpecie à radice, à qua reſultat potentia viſiva equi. Quia, in una eſt anima rationalis, tãquam radix operationum omnium; in altera verò eſt anima ſenſitiva, illarum principium. Si vero obiectum harum potentiatum attendatur, nullo modo diſtinguentur ſpecie; quia color eſt obiectum unius & alterius potentiæ. hanc ſentẽtiam tuentur Caietanus, Vañez, & alij, & licet oppoſitam ſententiam probabiliorem cenſeã, tamen probalitatem habet propoſita, & ſic dico quod licet ſi contagiũ ex effectu atendamus; ſit idem, quod comitatur morbum peſtilentem, & alios morbos ſpecie diverſos; tamen ex parte principij, à quo originem ducunt diſtinguntur ſpecie, & hæc de argumentorum ſolutione ſatis.

2. de aiæ c. 10. & 1. p. q. 77. art. 1. In ſolut. ad 1. dub. 2.

Ad hiſtorias reſpondetur, quod licet in omnibus peſtilentibus conſtitutionibus appareat cõtagiũ; magis videtur operari in ijs, in quibus cauſa eſt aer, aut cęleſtis influxus mediãtib⁹ diſpoſitionibus, quas aeri impartitur, [illegible] in alijs conſtitutionibus, propter alias cauſas; & ratio [illegible] non quia maiorẽ habeãt hę cauſæ activitatem ad produ-

cen-

cendum effectum; sed, quia, cum sit aer universalior causa in conspectum datur maximus hominum numerus tali morbo correptus; & videtur per contagium ægrotasse, cum ex inspiratione talis morbus pestilens originem duxerit.

Consulto pretermitto an essentia pestis in unico individuo salvari possit? est enim apud omnes philosophos decretum quamlibet speciē in unico individuo salvari; & ita phænix est species alitis; & tamen unica reperitur, (si vere reperitur.) Omitto etiam dubiū an pestis cum infestet mortales, eodem tempore, ac grassatur, quomodo reliqua animalia non depopuletur? erat enim in infinitū procedere si omnia quæ circa naturam pestis possent inquiri essent à nobis in præsenti definiēda, & sic, quę dicta sunt, sufficiant pro pręfatione ad ea, quæ in sequentibus disputari, intendimus. Si enim pestis essentiā, caussam externam, & si in illa detur contagium, ignoramus, obscure profecto & difficillime potest controverti, utrum homines talem morbum possint inducere; vel an Dęmō possit eosdem effectus, quales ad pestem generandam requiruntur, efficere.

Articulus quartus.

An Dæmon veram, & legitimam pestem tanquam naturale, vel præternaturale agens inducere valeat; & de medijs, quibus uti potest ad talem effectum?

Tria difficultatum genera in articulo pręsenti sese offerre discutienda, titulus demōstrat quæstionis, quoqi ratione, quæ hucusq; illustrata sunt, veluti in brevi typo

po quæstionis exprimere non dubitavi, nunc erit rationi consonum propositas in hoc articulo disceptare, ut sic, ijs qui causas controversię dedere, satisfacere curemus. Prima autem Articuli difficultas. An scilicet Dęmon veram, & legitimam pestem producere polleat? satis profecto lubricam, & difficilem reddit opinionum varietas, doctissimorum virorum diceptationes, qui non solum ambiguam, & ancipitem, intricatamq; exhibent, sua satis in medica arte dignitate, & honore; sed rationibus ita illam sustinere conantur. inter tot tenebrarum densitates constitutus, quo vertatur ingenium? quid consilij capiat? vel quam viam eligat de conctatur. inter hęc nimij ponderis mala, intensione nervorum, mentis totis expeditis viribus veritatē e obscuritatibus sophismatum, eni temur educere, si faboris viam benignissimi aperiant lectores, cum ab incępto veriratis tramite, aliquando debiantem calamum aspecxerint.

In hac igitur difficultate, duæ reperiunrur sententiæ; quarum prima licet numerosos, varios, potentososq; effectus Dæmoni tribuat, & profiteatur, ad illos inducendos potestatem habere; tamen constitutionem pestilentem, ab illo causari, tanquam impossibile reputat. cuius precipuum fundamentum hoc suffultum legitur syllogismo. Pestilens constitutio ab aere provenit, & hic ab influxu cælesti, maligna aliqua qualitate pollui debet; sed hāc non potest inducere Dæmon in cælum; ergo pestem non potest Dæmon causare. Maior in hac opinione patet, minor probatur, quia frustra fiunt per plura, quę possunt fieri per pauciora; sed inffecto aere; poterat pestilens constitutio induci a Dæmone; ergo nulla est necessitas usus pulverum, unguentorum, & aliorum, quibus uti dicitur in hac peste.



Secundo argumentantur huius opinionis Doctores; quia dato, & non concesso, eos, qui pulveribus, globulis,

& unguentis infecti, è vivis discedunt sint lethali morbo affecti, & quod talis morbus sit contagiosus, nullatenus pestis potest numcupari; probatur, quia pestis est morbus vulgaris pestilens, plurimos invadens, & maiorem eorum partem è medio tollens, una eademque causa omnes aprehendens, sed pulverum, & unguentorum contactus non potest plurimos invadere, & maiorem partem occidere; ergo talia, licet pacto Dæmonis inducta, non possunt pestem inferre.

3. Argum. Tertio probatur: quia in hac opinione omnis pestis, est sdyerum effectus, à quibus tanquã à causa efficienti producitur; in pulveribus, unguẽtis, & globulis non datur talis efficacia, & activitas; ergo ab eis non potest induci pestis. Confirmatur quia continuus sindonũ, in hanc provintiam ingressus, & alijs, in quibus ægrotantes, febre pestilenti vexati, illis usi fuere, contestaturq; illarum a nostris incolis tractatio, ex syderum influxu oriri talem pestilentem Epidemiam, & non ex contagio; quando quidem fomes illorum, nihil valet ad inducendum talem pestilẽtem morbum; ergo ex syderum in fluxu oritur talis pestilens morbus; ergo non potest induci à Dæmone.

4. Argum. Quia extemplo cessat talis Epidemica pestilens constitutio, & repente oritur stãtibus maioribus contagij seminarijs; ergo ex influxu cælesti provenit talis cõstitutio; ergo nullatenus vi Dęmonis medijs pulveribus, &c.

5. Argum. Quinto probatur; quia si hęc pestis fuisset inducta à Dęmone, fuisset supremi Numinis Imperio, eiusq; permissione ad punienda hominum scelera; sed hoc non: quia Deus est misericordiæ author, & non vindictæ; ergo non potest pestis induci à Dæmone.

6. Argum. Sexto probatur: quia omnes universales plagæ fuerũt inductæ medijs Angelis bonis; ergo pestis, quia est universalis calamitas, non potest induci à Dæmone.

7. Argum. Quia parum fidei debemus historijs cõcedere quæ cõ-

trarium

trarium huic ſententiæ affirmant. Primum quia Titus Livius ex aliorum opinione recenſet. Secundo quia, Xiphilinus non eſt author veridicus. Tertio quia, Cardanus in multis mendacij convincitur: ergo ex hiſtorijs nulla ratio fidem præſtat. Huic quæſtioni, huic ſcipioni innixa prædicta ſententia, videtur nullum locum contrariæ reliquiſſe, tam validis argumentorum arietibus adverſariorum concutit argumenta.

Oppoſitam adhuc ſentētiam non contemnendi authores firmo adnitentes pede firmiter, & conſtanter pronūtiant: quorum fundamentum precipuum eſt, naturā ſpiritualem, nec ex natura ſua, neq; ex repugnātia inter illam; & effectum in volvere contradictionem ullam, ut poſsit cauſare conſtitutionem peſtilentem. Cui opinioni, quia libentiſsime adhæreo, eamq; tenaciter tenere decerno, prius aliquibus iactis fundamentis, rationibus, & authoritatibus, in eius ſolidam firmitudinem, omni incumbere ſtudio, in animum meum iam dudum induxi.

Et ſit Primum fundamentum, ex communi Scholaſticorum, & Patrum ſententia, conſenſuq; poſt Angelorum peccatum, omnia in ipſis bona naturalia permanſiſe vulnerata, tamen quod explicat antiquitatis benefitijs, & noſtra veneratione digniſsimus Doctot Franciſcus Suarez, aſſerens, *naturalia in Angelis malis integra, poſt peccatum manere: quod intelligitur quoad eſſentias, & potentias, non quoad naturalem rectitudinem, quæ ab illis dependet.* lib. de Ang. lib. iij. c. ij. n. iiij. Ablata fuerunt ab illis gratuita, quia iam per peccatum non ſunt filij adoptivi Dei, ut in illo brevi ſtatu viatoris, in quo per gratiam talibus bonis fruebātur; ita Pater Ioānes de Rhada Salmanticenſis primarius Theologiæ profeſſor his verbis. *Angelū uti ſua potentia recognoſcitiva, naturali, ut poſsit intelligere quodcūq; intelligibile cauſatū, & per cōſequēs poteſt intelligere cogitationes cordiū, & myſteria gratiæ, ex quo poſita ſunt in effectu; quod in ſtatu inocētiæ* lib. de Ang. cont. 2. 2. part. ad 4.

ſeu

seu gratiæ poterat cognocere. Divus etiam Dionysius de divinis nominibus hoc confirmare videtur; ait enim *Dæmon donorum naturalium peccando nihil amissit, unde fit ut vires naturles habeat valentissimas, diuturnam & multiplicem experientiam essentiæ, & qualitutem, quæ rebus, quibuslibet, puculiarem scientiam, & exactam, adeo, ut dare effectum, quod cupit vere posit commodissime, &c.* Hoc etiam confirmat P. Antonius Martinus del Rio qui in dignam suo fastigio sapientiam ereexit singularis eruditionis publico splendore, cuius aurea ad institutum verba transcribere, nauseantis sthomachi ne auditoribus fastidium excitem, libenter prætermitto.

Cap. 1.

Disquisit. Mag. lib. 2. q. 6.

Notandum secũdo: ex effectibus, quos videmus, quosdam esse miraculosos; alios vero naturales; Miraculosus effectus ille dicitur, qui supra vires naturæ creatæ producitur, ut mortuos ad vitam revocare, sanitati cæcos restituere, cum autem respondet effectus viribus naturæ, discitur naturalis; dantur etiam aliqui mirabiles effectus, quorum causæ quia nobis ignotę videntur nomen miraculi obtinent, licet miracula non sint; huiusmodi autem effectus, sunt induplici differentia. Quidam enim mirabiles absolute dicuntur: quorum causæ, & si nobis ignotæ, licet manifestarentur, nihilominus fore miracula videbuntur; alteri mirabiles secundum quid numcupantur; quorũ causæ quia ignotæ, earum effectus mirabilis nomen sortitur; tale nomen immerito imponentes, si causæ illorum latentes, manifestæ fiant. hæc doctrina est P. Martini del Rio loco supra citato.

Notandum tertio: præter motum localem, nullum aliũ inmediatum spiritibus Angelicis tribui. Quod patet ex sufficienti partium enumeratione; Cum enim ex Aristotele, tres species motus per se dentur; motus ad quantitatem, & per consequens ad augmentationem, motus ad qualitatem, & motus ad ubi; incompossibiles sunt duæ species

Sophys. 5. 7 & 1. de gen. c. 4.

ſpecies motus naturis ſpiritualibus; cum enim augmentationis motu acquiratur quantitas nova, & hęc naturæ ſpirituali repugnet: conſequiens eſt repugnare motum augmentationis. Moveri etiam alterationis motu repugnat naturæ ſpirituali, quia quodcumq; quod debet per ſe terminare motum alterationis, duas cōditiones requirit; prima eſt quod habeat contrarium, ſecunda quod habeat latitudinem gradualem, cum eadem contrarietate circa ſubiectum, in quo non poteſt introduci ſine expulſione cōtrarij; & ideo ſaltem naturaliter loquendo eſt impoſsibile, quod in inſtanti qualitas habens contrarium, introducatur, quia neq; poteſt naturaliter ſimul expelli cōtrarium; ſed paulatim & per gradus, & ideò ſucceſsive: quare ex ſua natura petit qualitas ſucceſsive produci, & per motum, ex cuius occaſione repugnat naturæ ſpirituali, cui nihil eſt contrarium, moveri ſucceſsive, & per partes. Secundo quia nullam habet latitudinem gradualem; ergo naturis ſpiritualibus non competit motus alterationis.

Competit eis ergo motus ad locum, quo mediante ubi acquiritur, quod ex eo conſtat, quia acquirunt diverſis motibus ubi diſtincta, ſurſum, deorſumq; quæ aliquomodo ſunt contraria, & ad ea reducuntur omnes motus naturales ſublunarium corporum, acquirunt etiam latitudinem extenſionis per ſpatium verum, vel imaginariū; ergo eis competit mortus localis.

Si autem naturis ſpiritualibus non competit motus ad alterationem, neq; motus ad quantitatem, nullomodo poſſunt producere formam; ſubſtantialis enim forma, aut fit per creationem, ut anima rationalis; aut educitur de potentia materiæ, ut reliquæ formæ ſubſtantiales, ſpiritus nullo ex his modis poſſunt ſubſtantialem formam producere; de creatione conſtat (ſolius enim Dei eſt creare) de ſecunda probatur, quia eductio formæ de potentia

mate-

materię fit medij dispositionibus prævijs, & simultaneis; hæc non possunt dari sine alteratione; ergo non possunt spiritus educere formam de potentia materiæ. Huius rationem reddit Angelicus Doctor his verbis; *Spiritus non est compositus ex materia, & forma; ergo neq; potest producere compositum ex materia, & forma,* quod probat *quia agens; debet esse simile suo effectui.*

1.p.q.110. art.2.

Neq; contra hanc doctrinam obstare videtur conversio virgarum à magis, in serpentes; quæ ex communi opinione, neq; fuit apparens, nec loco virgarũ per illusionẽ serpentes apparuere; sed fuit vera conversio illarũ in serpentes, & videtur fuisse veram productionem substantialis formæ, hoc est contra dicta; ergo prædicta doctrina nõ est certa. Ad quod respondetur, Dęmonis mediata actione per magos, & actione etiã mediata, applicationis activorũ passivis; licet non in istanti, brevissimo tẽporis spatio, ex virgis fuisse serpẽtes productos: cũ enim, ex putredine quotidie reptilia, insectaq; animalia generẽtur; causa universali supplenti, formalẽ effectũ particulariũ (neq; enim ex putredine possunt talia animalia produci, si causa universalis nõ cõcurrat) quia iã daretur effectus, causa nobilior; sic similiter ex applicatione activorũ ipsis virgis, fuerũt tales dispositiones in materia productæ, quod ex necessitate naturę, causa universalis tales formas induxit, & sic nihil cõtradicta, ex prędicta obiectione sequitur.

Contrarium etiam suppositioni potest probari, quod scilicet naturæ Angelicę non conveniat motus localis, quia non convenit motus alterationis; ex eo enim quod materialis alteratio excedat vim intelligentię activã; etiã videtur quod motus localis excedit limites suę perfectionis; quod probatur: quia motus localis est perfectior, motu alterationis; ergo si quod sit imperfectior excedit suę essentiæ limites, non poterit ei cõvenire, quod sit imperfectior. Ad quod respõdetur primo: motũ localẽ dici perfectiorem,

tiorem,quia minus trãſmutat mobile, unde fit ut perfec tiſsimis in rebus creatis, etiam incorruptibilibus reperiri poſsit,nō vero dicitur perfectior;quia maiorē perfectionē addat mobili ſemper, nam per alterationem poteſt fieri, ut qualitas aliquam maiorem perfectionē addat ſubſtantię,aut quantitati; quam præſentia localis, ex quo ſumitur differētia hæc,quod motus localis, quia minus tranſmutat materiam,facilius fieripoteſt,quam alteratio,& ſic intelligentiæ, ſicut habent virtutem ad ſe movendum, ita habent ad movenda alia corpora,ex quo etiam ſequitur,quod ſocietatis,& connexionis vinculo interſe ſe ſint fęderata, localis motus conditionem acceperunt,ſecluſo enim tali motu, nihil agere poſſent in res corporeas.

Mediante igitur tali motu, ex eiuſq; applicatione moventur cæli,quorum varij motus, & influentiæ ſunt cauſæ perpetuæ durationis, generationis, & corruptionis in his inferioribus; applicãdo etiam activa,paſsivis poſſunt generationes, aut corruptiones impedire; quod quidem licet ingenere phyſico,pertinet ad cauſam per accidens;in genere autem artificioſo, & morali pertinet ad cauſam per ſe;de quo videatur Angelicus Doctor.

Hęc autem vis,qua intelligentiæ pollent, eſt limitatę, *1.p.q. 110.* & finitæ perfectionis, quia ad finitam, & limitatam eſ- *& 111.* ſentiam conſequitur,& ſic earum vis motiva eſt eiuſdem generis, & rationis. Licet aliqui, ut refert Pater Suarius, ſecundo metaphiſicæ, Ariſtoteli adoptent opinari, eſſe illorum vim motivam,ſecundum quid infinitam, ſilicet ut *Diſp. 35.* poſsint movere corpus quacumq; velocitate maiori & *ſect,4,* minori in infinitū.certiſsimū autē eſt,ſecundum probabiliorem opinionem, & ſecuriorem,eorum virtutē, ſicut finitam,ita terminari ad maximum in quavis effectuum la- *Q.16.dem.* titudine,quos poſſunt efficere; & ſic ſcribit S. Thomas *li- art.9.ad 7 cet Angelus moveat per voluntatem, habet ex natura ſua, & art.10. definitum modum, ac poteſtatem movendi, quam non poteſt ad 8.*

exce-

excedere etiam si velit, & infra contendit, *non posse Angelum movere universam terræ machinam, quia non est proportionatum naturæ eius, ut mutet ordinem universi.*

His suppositis: sit prima conclusio. omnes effectus naturales, quos ars potest imitari, possunt à Dęmone produci; hęc conclusio ex prima suppositione deducitur, & meo iuditio est certissima; cuius probabilitatem, sic demonstrandam aggredior; intelligentię habent rerum omnium exactissimã cognitionem, & eorum perfectissimam sciẽtiam; ergo omnes effectus naturales, quos ars potest imitari, possunt à Dæmone produci. Antecedens probatur, quia nihil bonorum naturalium, per peccatum Dæmones amisserunt, ergo scientiarum, & rerum omnium cognitionem non amisserunt; tunc sic, ars imitatur naturam, & scientia opera naturæ perficiuntur; ergo qui habet perfectissimam omnium scientiam, poterit imitari, omnia opera naturæ possibilia.

In quibus autem possit hæc scientia ad actum practicum reduci, & in quibus non ita, latissima oratione prosequitur Pater Martinus del Rio, ubi effectus potentiæ Dęmonis possibiles pernumerat, & etiã illos, qui superant suam potestatem; idem etiam satis pulchra oratione Hispana refert doctissimus D. Didacus Valverde Horosco huius civitatis Hispalensis decus & ornamentum, sublimi feriens sidera vertice.

Disq. Ma. lib. ij. q iij.

2. Cc. Dico secundo, & sit secunda conclusio: Miracula, & mirabilia absolutè dicta, arte Dæmonis non possunt fieri. Probatur quoad primam partem, Miracula facere, est solũ divinæ potestatis, & infinitæ virtutis, ergo Dæmonibus, quibus talis virtus, & potestas repugnat; non datur posse miracula patrare: secũdo quia ablatis gratuitis, & manentibus naturalibus donis, non potest obtineri ab eis, quod est supra vires naturæ; miracula exequi est supra naturale donum; ergo ablatis gratuitis, & manentibus

bus tantum naturalibus non possunt à Dæmonibus fieri miracula. Quoad secundam partem conclusio probatur, quia mirum absolute dicitur illud, quod, licet eius causæ patefiant, videtur supra naturæ vires; sed hoc, licet non sit miraculum, soli Deo potest tribui, quia causarum naturalium vires superare videtur; ergo à Dæmone non potest fieri mirum absolutè. Hæc doctrina, licet plurium Sãctorum longa authoritatum cathena haud laboriosum est corroborare, unicum sufficiat divi Thomæ testimonium, ubi rationem præbens eorum, quę dicta sunt, asserit, *ad huiusmodi opera, quæ sunt supra facultatem naturæ ipsorum à Deo nullam eis dari potestatem: cum enim operatio supra naturam miraculosa sit, & quoddam divinum testimonium, indicativum divinæ virtutis, & veritatis, si Dæmonibus, quorum est tota voluntas in malum, aliqua potestas daretur faciendi miracula, Deus falsitatis eorum testis existeret, quod tam grande nefas, à divinæ veritatis immobilitate, integerimaq; fide longe abesse, quis ignoret?* *Q. 6. de po. art. 5.*

Dico tertio, & sit tertia cõclusio: cuncta, quæ à Demonibus possunt patrari, vel fiunt ab ipsis immediate per motum localem, vel mediate applicando activa passivis per veram, & realem alterationem: hæc doctrina este cõmuniter ab onmibus theologis recepta, quam affert Pater Martinus del Rio; cuius conclusionis probatio ex latissima probatione, tertię suppositionibus patet, & sic ne tẽpus ad irritum conteratur, ad aliam properamus.

Dico quarto, & sit quarta conclusio: sive pestilens cõstitutio originem medię ab influxu cælesti trahat, sive ab aeris venerata qualitate infecto, sive à qualibet alia causa communi præter natnram affecta, potest à Dæmone immediate; & tunc tanquã agente extra naturam, & mediate, & tunc viribus naturalibus operante, induci, & excitari. Hæc conclusio duas habere partes videtur: quarũ prima affirmat à qualibet causa communi ortum haben-

te peſtilentē luem poſſe à Dæmone mediate fieri, & tunc operari tanquam agens naturale, quod ſic probatur; nullus effectus naturalis, præter productionem ſubſtantiæ, aut ad motum alterationem, repugnat ſubſtantijs Angelicis; ergo inductio peſtilentis conſtitutionis ob mutationem quarumlibet harum cauſarum univerſalium, non repugnat induci ab ſubſtantijs Angelicis, antecedēs patet, conſequentia probatur; quia ſi propter aliquam rationē repugnare videretur ſubſtantijs Angelicis inductionem peſtilentis conſtitutionis, corrumpendo cauſas univerſales medijs quibus peſtis exoritur, eſſet maxime, quia tales cauſæ debent alterari, ut poſsit talis peſtilens conſtitutio ab eis oriri, ſed inductio talis alterationis, licet immediate ſuæ naturæ ſpirituali repugnet, mediate non repugnat ex applicatione activorum paſsivis; ergo talis peſtilens conſtitutio ab intelligentijs fieri non repugnat.

Secundo probatur: quia videmus exemplis cōprobatum ex ſuffumigijs, & alijs rebus venenatis, & in aere receptis cauſari particulares mortes, ergo ex diuturna applicatione rerum talibus venenatis qualitatibus affectis, aer inquinabitur, & peſtilens cōſtitutio exorietur, ſi à Demone fuiſſent applicatæ.

Tertio probatur; quia ex corruptione ciborū, ex aquis infectis, putreſcentibus, & alijs cauſis reſultat morbus cōmunis; ergo ex applicatione Dæmonis per cauſas venenatas aeri, cibis, & aquis poteſt oriri morbus communis, Epidemicus peſtilens.

Quod autem talis peſtilens conſtitutio ex applicatione activorum paſsivis à Dæmone inducta ſit naturalis, & ab agente naturali illam producente, originem habens, ſic probatur. Omnes effectus, qui fiunt à cauſa naturali determinata ad unum; ſive non determinata ad unum; ſunt naturales; conſtitutio peſtilēs mediate à Dæmone inducta provenit à cauſa naturali determinata ad unū; ſive nō

deter-

determinata ad unum; ergo constitutio pestilens à Dęmone immediate inducta erit effectus naturalis. maior patet minor probatur: quia talis constitutio pestilens oritur à causa determinata, quæ applicata necessario producit talem effectum, sed hæc causa applicata à Dæmone est vera causa efficiens, determinata ad producendum pestilẽtem effectum; ergo pestilens constitutio, etiam si à Dæmone introducatur, est effectus naturalis.

Probatur secundo: quia applicata tali causa à Dęmone ad introductionem effectus; eius operatio, vel est libera, vel necessaria; non est libera, quia non est agentis liberi; ergo est necessaria; ergo non potest esse talis effectus præternaturalis.

Probatur tertio: quia Dæmon in talis pestilentis constitutionis introductione, se habet tanquam causa moralis illius effectus, sicut ille qui applicat ignem ad comburendam domum; sed talis causa est per accidens; ergo talis constitutionis pestilentis causa per se erit naturalis.

Secunda conclusionis pars, quòd immediatè à Dęmone possit pestis induci, & tunc operari tanquã agens pręter naturale probatur, & efficaciter; quia pestilens constitutio resultat ex eo, quod aliqua ex universalibus causis, lue pestilenti affecta, sua occulta specifica qualitate mediam formam putridam, inter mixti formam à natura per se intentam, & elementalem, inducere valeat; & quod simul illa arcana qualitate multos corripiat, & illorũ maxima pars intereat. Tales effectus immediate sine aëris extraneatione, aut cibi, & potus corruptione, valet inducere Dęmon; ergo pestilens constitutio potest immediate induci à Dæmone, tanquã ab agente pręter naturali. Maior patet, minor probatur, quia velocissimo motu locali, quo Dęmon pollet, penitiores corporis partes penetrans potest humores commovere, & iterum illos coniũgere, applicare internũ calorẽ, & spiritus, ut fiat humorũ *2. pars conclu. § pr.*

violento resolutio, & iterum eorum permixtio, confusioq;, sed solum hoc requiritur ad sordidissimam putredinem, ex qua resultat forma illa media putrida; ergo data tali forma media putrida, dabitur pestilens illa arcana, & obrusa qualitas, quæ consequitur talem formam, ac per consequens talis pestilens constitutio.

1.p.q.11. Confirmatur hæc doctrina ex D. Th. qui asserit, *posse intelligentias inducere homines ad malum incitando medio motu locali, proponendo obiecta sensibilia externis sensibus, vel alterando organum sensus, alterando humores corporis quibus mediantibus solent spiritus vitales excitari.*

Confirmatur; quia pestilens constitutio, cum non sit ex effectibus miraculosis, aut ex miris absolute, nullatenus repugnantiam involvit naturæ Angelicæ, eius introductio; cum probatum sit nullum effectum naturalem repugnare ijs, qui exquisitissima rerum omnium cognitione, & scientia perfectissima pollent; ergo talis pestilens constitutio potest introduci à Dæmone.

Lib 2. c.15 Approbans sententiam Lactantius Firmianus, inquit; *Dæmones, quoniam spiritus sunt tenues, & incomprehensibiles, insinuãt se corporibus hominum, & occultè in visceribus operti valetudinẽ vitiant, morbos xecitãt, somnijs animos terrent, mẽtes furoribus quatiunt, ut homines malis his cogãtur ad eorũ auxilia recurrere.* Quod quidẽ & ille, qui eloquentiæ maiestate assurexit supra omne id, quod humanum est, Carthaginensis Episcopus, Beatissimus Cyprianus, Arnobius, Minutius felix, & alij, quos refert Pa-

Q.1. art.1. quæst. diff.2 ter Bubalus, sunt pro nostro certissimo pronuntiato. Vt si dei tenacissimæ unico teste utar ad huius sententiæ com-

Lib.2.c.16 probationem, adducã Ioãnis Fernelij authoritatem, qui de abditis rerum causis postquam cuiusdam epileptici historiam refert, vi Dæmonis tali morbo apprehensi; cuius verba tanquam diffussa relinquam, addit in fine huius narrationis, *se hæc non ut nova proferre, sed, ut constet Dæmone,*

mones alias intro ſubeuntes in corpus ad ipſum varijs, & in abditis interdum modis laceſſere, utiles corporis humores exagitando, vel noxios in principes partes traducendo, vel venas, alioſq; ductus obſtruendo, vel inſtrumentorum ſtructuras permutando, quibus de cauſis morbi innumeri fiunt, quorum omnium Dæmones authores ſunt; ſcelerati, perditiq; homines miniſtri, omnis eorum tranſnaturam eſt ratio. Hæc Fernelius, ex quibus colligi poteſt, cum nihil eorũ, quę graviſsimos morbos poſsint efficere Dęmoni occultetur, & medio ſuo velociſsimo motu, & facilimo ſuo in corpora ingreſſu, cum ſit ſubtiliſsimus ſpiritus, mirum nobis non debet videri, quod omnia corporis commoveat, agitetq; & ſi ad introductionem reliquorum morborum, tam materialium, quam ex organica compoſitione pendentium, modus ei non negatur; quomodo denegabitur ad introductionem morbi peſtilentis?

Dico quinto; & ſit quinta cõcluſio: Licet peſtilens cõſtitutio mediate à Dæmone inducta ex applicatione activorum paſsivis ſit naturalis, ut probatum fuit, in quarta concluſione; talis effectus ita poteſt extraneari, ut illum tanquam effectum præter naturam reputemus. Explico concluſionem: ex applicatione rerum activarum paſsivis à Dæmone ad inducendam Epidemiam pernicioſam in modo, tempore, & circunſtantijs poteſt ita limites agentis naturalis excedens apparere, ut dicamus tunc operari tanquam agens præter naturale. v. g. ſi ignis ſpatio unius horæ ligno applicatus illud in ſuam formam trãſmutet, & non antea, quia requirit totum illud temporis ſpatium ad talem effectum introducendum; ſi ſpatio quartę horæ partis in ſuam naturam lignum convertat, talem actionem præter naturæ ordinem, non ſine ratione iudicabimus; ſic ſimiliter, ſi ex applicatione rerum naturaliter poſſibilium conſequitur neceſſario naturalis peſtis, ut ex infecto aere, cibis, & potibus corruptis, tũc actio erit naturalis 5. Cc.

ralis; licet à Dæmone cauſis ad illum effectum applicatis introducta, tamen ex ſubita applicatione venenorũ veſtibus, ex quibus ſubita mors oritur, ex mutatione venenorum in alteram naturam, tunc peſtilens conſtitutio nõ meretur nomem naturalis, quia licet rebus naturalibus applicatis ad productionem talis effectus poſſet conſequi de curſu temporis effectum, tamen inſtantanea eius productio ad agentem prçternaturalem debet reduci.

Concluſio probatur; quia ſicut illa actio eſt neceſſaria, quæ conſequitur cauſam neceſſariam, illa erit libera, quç poteſt talem effectum producere, & non producere, ſed ſimilis effectus introductio, licet immediate à cauſa neceſſaria ſequatur, modus non ſequitur cauſam neceſſariam; ergo talis effectus erit præternaturalis. Neq; valet reſpõdere, quod talibus diſpoſitionib⁹ datis, neceſſarius debet effectus conſequi: quia ad hoc, ut aliquis effectus ſit ſupra naturæ vires, aut mirũ ſecũdum quid, ſufficit, ut cauſa, illius ignota, illum admiratione dignum iudicemus, non admiraturi ſi cauſam cognoſcamus, ſed ſcitiſsima effectus productio; minoribus cum diſpoſitionibus, maioriq; cum vehementia nec ſunt effectus cauſarum, quæ per ſe patent; aut effectus, quorum cognitio nos minime latet; ergo illorum productio erit actio præter naturalis.

Confirmatur: quia in productione ranarum, & converſione virgarum in ſerpentes à magis egyptijs, notum, & planum eſt, veros fuiſſe ſerpentes: eo quod ex applicatione activorum paſsivis, concurſu cauſæ univerſalis fuit talium animalium productio; ſed hæc fuit à cauſis neceſſarijs, & tamen non dicitur effectus naturalis; ſed præter naturam, ex modo applicationis rerum activarum paſsivis, ex temporis fere inſtantanea brevitate, reliquisq; circunſtantijs, quæ mirum illum effectum reddiderunt; ergo talis peſtis introductio poteſt ex ſimilibus circũſtãtijs fieri extranaturalis, licet mediate à Dçmone inducta.

Dico

Dico ſexto pulveribus, unguentis, & globulis, medijs quibus graſſatur peſtilens cōſtitutio in Italiæ urbibus, ad eſt venefica & deleteria vis interfficiēdi, & peſtem introducendi, non tamen per contactum virtutis, per poros cutis cōmunicatum, bene tamen ex aeris inffectione, ex permixtione exhalationum illa teterrima qualitate preditarum, a quibus illa vis venefica oritur. 6.Cc.

Hæc concluſio habet duas partes, quarum prima affirmat, per contactum virtutis nullatenus facile cōmunicari talem peſtilentem luem in poros corporis, & ſic probatur: quia, vel hæc mixta deleterijs qualitatibus inſignita, & veſtibus applicata operantur ad inducendam peſtem inmediatè per virtutem, quam in ſe habent, vel mediatè communicata tali virtute medijs realibus, ut hæc agāt in paſſum. Non inmediatè quia deſficit contactus phiſicus, & quantitativus, ergo mediate; ptoductis ſuis qualitatibus in medio; tunc ſic argumentor, quādo paſſum diſtat ab agente, & datur interpóſsitum reale medium, non eſt poteſtas agentis: ut agat in diſtans, niſi prius ſuam virtutem cōmunicet medio; ergo interpoſitis pluribus medijs magis retardabitur agentis actio, quia plura media debet prius alterare; quam paſſum alteret. Sed ſic eſt quod applicato veneno externis veſtibus dantur interpoſita, multa media realia, inter illud, quod eſt agens, & cutem, quę eſt paſſum, & adhuc inter cutem, & cor, datur maxima diſtātia, cui debet venenum accedere, ut hominē perimat; ergo nullatenus ex venenis ex terius applicatis, per contactum virtutis, & per cutem poteſt homo citiſsime mori.

Secūdo probatur, quia ut tale venenū poſsit operari, requiritur tanqu ācondito requiſita, quod à calore noſtro actuetur, & de potentia in actum reducatur; ſed exterius applicatum venenum orbatur actuante calore; ergo aut nullam, aut parvam efficaciā poterit ſortiri, ad ſui introductionem per cutem.

Quod

Quod autem sit conditio necessario requisita veneni actuatio, ad hoc, ut occidere posit, & quod hæc à calori naturali, aut præternaturali debeat exequi ex omnium medicorum conssensu constat. Asserunt enim sine hac cõ ditione nullatenus venenũ posse enecare; (præter venena frigida, quæ extinguendo nativum calorem suum munus perficiunt) Ne autem in prolixitatẽ abeat oratio, sat sit Hieronymi Mercurialis maxima authoritas, qui l. de venenis, & morbis venenosis in hæc verba prorrumpit. *Lib.1. cap. 11.* *Cum hactenus dictum sit, qua ratione venena interimant, superst, ut intelligatur quo pacto ad actum reducantur, ut operari posint: nam, uti venena, quæ ab animalibus eiaculãtur ita actu sint calida, ut statim in corpora nostra agant; reliqua tamen hac conditione careant, eo, quia venena animalium cum à viventi mittantur calori associata sunt, ut non egeant alio calore, cæterum alia cum calore vivo sint privata, & consequenter in potentia esse dicuntur, fit ut aliquo alio egeant, quo ipsorum potentia in eum actum reducatur, ut superari posit,* &c. Quid clarius, & ad nostrum instituttum convenientius dici potuit? eodem etiam capite non solum vult quomodocumq; esse necessarium venena calefieri, ut nos perimant, sed esse necessarium in corpus nostrum ingredi, quo sui compotes evadant, & in actum reducantur. Verba huius authoris sunt huiusmodi eodem li. & cap. *Cum igitur duplicis naturæ sunt venena, quædam, quæ solum naturæ propietate, & tota substantia interimunt, alia verò quæ & propietate simul, sed multo magis qualitatibus, quæ propietate agunt, cum vim habeant efficacißimam, ut operari poßint, solum egent, ut paulum incalescant: ubi autem calefactæ sunt, graviter partes ubi sunt, lædunt; quæ lessæ illæ propellunt ad viciniores partes; & viciniores ad proximas, usq; quo ad cor pertingat, ubi tanquã in propia sede ad perdendum illud, & vitam omnes nervos intendunt.*

Ex

Ex quibus authoritabus luce meridiana clarius apparet, quàm difficile sit, licet in veneno efficacissima vis ad perdendum detur, ut vestibus applicatum sine interventu causæ preternaturalis, possit operari; quia licet ab aere externo possit aliquātulū actuari, ut elevati ab illo vapores, possint agēdo prius in interpossitis medijs ad cutim pervenire, & postea cor penetrare: difficilimum creditu videtur, quod dato medio faciliori ad productionem talis effectus, & quod brevissimo temporis spatio possit illum cōplere; quæramus tot ambages, & exquissitas vias, sine quibus potest optimè salvari quod ex venenis, possit pestis oriri.

Quo modò autem si à nobis concessum est, pestilentē constitutionē medijs venenis naturalibus applicatis posse oriri; & hanc pestem naturalem nominari, si attendamus modum naturalem, ex quo possit resultare talis pestilens constitutio, ex applicatione activorum passivis à Dæmone factà; quà igitur de causá negamus hanc virtutem producendi talem effectum in venenis exterius applicatis per contactum virtutis? videtur enim maximam contradictionem involvere.

Ad quam difficultatem, ni obliti fuerimus eorum, quę dicta sunt à nobis in quarta assertione, & eius probatione, constāter afirmamus ex productione venenosę qualitatis in aere, & in cibis, & potibus posse ita fieri causam talis pestilentis constitutionis communem, quod his omnibus, aut aliquibus inquinatis, resultet talis morbus cōmunis, qui ex applicatione talium causarum, corruptione infectarum, interius certissimum inferat nocumentum: & sic dubio proposito respondetur, & fit expositio secundæ partis sextæ conclusionis, quod hæc venena efficacissima ad necādum vestibus applicata, ex aeris corruptione, quæ inmmediate sequitur cōtactum ipsarum, sequitur etiam talis veneni per inspirationē attractio ad pul-

mones,& breuiſsime ad cor. Quod ita eſt efficaciſsimum medium ad recipiendum, actuandum, & in opus reducẽdum illud, quod citiſsime poteſt ſuum munus complere. Quod ex triplici capite cõprobatur, quarum primum ex impulſſu venenoſſæ illius qualitatis, qui inſpiratione cõpletur; ſecundum ex citiſsima in membro calidiſsimo, quale eſt cor actuatione: tertium; quia ſine multorum mediorum interpoſitione activitas agentis in aere impreſſa, & producta, fere ut à veneno exilijt aſperam arteriã, pulmones, & cor feriens, operatur.

Probatur ſecundo; dato quod ex applicatione veneni veſtibus, poſsit mors ſubſequi per cõtactum virtutis ad cutem, citius corrupto aere ex eodem veneno, eidem homini applicato morietur homo; ergo anteaquàm contactus virtutis, penetret per poros cutis ad cor, aer inquinatus ſuum complevit opus.

Quantam autem efficaciam ſortiantur venena per inſpirationem attrata præter efficaciam, & vim rationum, confirmatur apertè exemplo, quod à Patre Martino Delrio, iſto includitur eruditionis ſermone. *Addi debet tertius modus, per inhalationem: omnium enim peſsimum eſt Veneficium illud, neq; enim humoris, aut craſsioris materiæ vehiculo indiget, quibus facilius occurritur, ſed ipſſum tenuitate ſuà ore attractum cito cor ipſſum penetrat. Hæc cauſa, ut Agyta ille inſignis veneficus in quàdam Italiæ civitate cum alio ſuo antagoniſta de theriacæ contendens, efficacià vicerit, alter illi venenum liquidum, quod poterat efficaciſſimum effuderat: cui ſumtione antidoti mox obiavit, ipſe contra alterius hiare iuſsi pixidulam ori appoſsuit, in qua buffo inerat vivus, tùm ſemiclauſa & ſæpicule ſemiaperta velociter pixidula ingeſsit halitum virulentum, & brevi tẽpore hominem confecit, &c.*

Diſq. Ma. lib. 3. p. 1. q. 4. ſect. 2

Ex quibus rationibus, & authoritate, facile unus quiſq; poteſt ſibi ſuadere, quàm difficilimũ creditu ſit, quod

ex

ex applicatione venenosæ substantiæ impallijs, & vestibus possit citissima mors infecto homini, provenire sine eo, quod aer polluatur, & ex eius inspiratione citiús talis effectus proveniat, quod historijs confirmatur, qui enim ex suffumigijs venenatis, quirothecis, deleteriá qualitate infectis, & inspectione carthę, lethali venefica vi pollutæ interierunt. Quomodo qui contrariam sententiam tuentur probabunt aerem tunc salutarem permamsise, quando exhalatis tetris vaporibus, ex rebus venenatis in cor, in pulmonē ingrediebatur? Aut cur schedula veneno infecta, sum effectum producit, dum legitur, applicata autem manui antea quam apperiatur, & legatur non officit suà depravata qualitate?

Nihil autem probare exemplum florum in Cerdania nascētium, ex eo infertur, quod inexcussabilis est eorum expiratio venenata qualitate infecta, & in excussabilis etiam circunstantium talis aeris attractio, inspiratioq;: ex quo sequitur, aut quod aer ingrediens venefica vi pollutus nihil nos possit alterare, aut quod aliqua experientia constet Napellum, & Cerdaniæ flores ita esse vehementis activitatis, ut manibus tractati solum, aut vestibus applicati possint mortē inducere, sine eo quod aer sua qualitate deleteria depravatus in corpus, non ingrediatur: de Puellę autē historia, Napello nutrita, cuius venereo contactu homines moriebantur nihil ad rem, nec contraria opinio hoc corroboratur, imo potius ex hac historia cōstat quod ex congressu inter illam, & homines, mors secuta ex actuatione veneni, quæ in illa commotione, agitationiq; sequebatur, contestatur esse necessariam talem actuationem cuiuslibet veneni, & si violentissimi, ut possit suum munus perficere. Quomodo autē loquutione, aut alia externa actione morte homines non afficiebat?

Exemplum autem de serpente, qui per hastam vene-

num in corpus hominis ab illo interfecto induxit, de torpedine, & de remora (si verum teneat quod à multis dubitatur) solvitur in vento medio, per quod talis qualitas deferatur venenata, & in vento calore actuali in manu, à quo possit actuari si enim alterum horum deficeret, erat impossibile, quod suum effectum posset inducere, ut late superius probavi, sed iniecto veneno in hasta v.g. per illam difunditur, & ad manum per veniens (fere contiguam illi,) à calore manus, immutatum actuatumq; facilè suæ activitatis demonstrationem facit, ergo nihil cõtra nos valet exemplum.

Ne autem aliquis dubitandi locus relinquatur, circa definitam materiam, mihi visum fuit quærere, an possit dari antidotum peculiare, quod possit talem venenatã causam pestilentis constitutionis propugnare? & constanter affirmo posse dari tale antidotum: si causa eius innotescat. Si autem defectu talis causæ cognitionis possint propinari communia, stabilitum verum cẽseo, & esse arti medicæ conformẽ praxim, ut cum non inveniatur appropiata morbi, quem vincere studemus, indicatio ad inmediatiores possimus pervenire, & ex eis elicere etiam remedia, quæ licet non sint tali morbo in tali subiecto apropiata, sint propinquiora eius essentię, naturęq;, hec patet, ex cotidiana experientia confirmãtq; exempla, ne autem sapientissimus Vallesius huic doctrinæ patrocinari, desistat, in lib. Methodi medendi hoc confirmat hac verborum serie. *Tota igitur methodus curandi id, quod ignoratur, eorum quæ videntur scitu necessaria, est sequi indicationes eorum, quæ sciuntur; ob id autem quod ignoratur, nihil agere usq; dum dissidentibus magis signis, illud queq; incipiat apparere, ita enim est natura comparatum quod maximũ humanæ debilitatis solatium est &c.* & prosequitur author exemplis illustrando prædictam doctrinam in dolore nephritico, & colico, in dolore pleuritico, vero,

Capivaccus Meth. med. Gabasetus de ind. c. 9. Lib. 3. cap. ult.

vero, & spurio, asseritq; *nihil autem horum quæ aguntur ob communia pathemata potest obesse ei, quod est propium, &c.* Ex quibus patet non esse vituperabile; medicos uti alexipharmacis cōmunibus in hac mediolanensi pestilēti constitutione, quando innotescit venenum, quale sit, quod illam potuit inducere; quod autē ignoretur, ex eo constat, quia applicantur talia venena, qualium essentia, & propietas solum ab artifice cognocitur, illa enim sive simplicissima sint, sive commixta solum, ei patefiunt, ergo licet inventa tali causa, inartificiosi medici esset non pugnare contra illam suis specificis, determinatisq; antidotis; rationalis est ad communia confugere alexipharmaca, quæ non solum obesse possunt, sed experientia firmissima cōpertum, propietatibus specificis, quibus pollent omnibus pestilentibus affectionibus prodesse.

Vltimo mihi videtur modo in dubium vocare an arte naturali, aut extranaturali cōponi tale venenū, ex diversitate ingredientium ita cōflatum, ut sic, maiores sorciatur vires, maioremq; perniciem afferre possit? Et ut huic quæsito respondeam, mihi videtur, quod, absolutè loquēdo, nulla compositio potest ex cogitari, quæ maiores vires obtineat necandi ex permixtione ingredientiū, quod ratione probatur. Primo, quia vel talia ingredientia easdem vires sortiuntur, vel una maiori pollet activitate, quam alia, neutro modo permixtum venenum efficacius opperatur; ergo permixtione venenorum, venenum non obtinet maiores vires necandi; minor probatur, quia si easdem, æqualesq; vires venena, compositionem ingredientia sortiuntur intensiorem effectum, non poterunt producere: calida enim ut duo, non possunt intensius calefacere, quàm ut duo. Si verò unum venenum sit alio veneno intensius, ergo remissum remitet intensum, calidum enim ut duo remittit calorē ut tria: ergo nullatenus ex talium venenorum permixtionē redditur venenum inten-

intẽsuis neq; obstat, quod potest obijci, talia venena permixta citius introducere talem gradum veneni, quale ex optat, qui illud applicat, ridiculum enim est, si ille, qui potest applicare calorem, ut quatuor ad producendum calorẽ ut duo, applicet duo, calida ut duo; & sic mihi videtur ineptus talis modus, ad reducendum mixtũ venenatum intensissimum, cum præcipue talia reperiantur in rerum natura. qualia arte confici intensiora nequeant. Refert enim Ioannes Leo, qui Africam descripsit in Nabia reperiri quoddam veneni genus, cuius si granum tritici pondus, decem hominibus propinetur, omnes statim spatio quartæ partis unius horæ perituros, si autem uni homini propinetur, fere in instanti e vivis discedere. Aristoteles etiam refert venenum in monte procreatum Circeo, quod statim ac propinatur, homines enecat. Vim autẽ veneni, quod in Macedonia gignitur (ut affer Quintus Curtius) talem esse constat, ut ferrum quoq; exurat, stygem apellant fontẽ, ex quo pestiferum virus emanat, & hoc veneno necatum Magnum Alexandrum crediderc pleriq;

in fin. li. 7.

De mirab. auscul.

Lib. 10. c. ult.

Dixi autem, quod absolutè maiores vires non aquirant venena cum inter se commiscentur, propter rationes superius dictas. Secundum quid verò possunt esse intensiora inter se commixta, vel ex modo substantiæ tenuiori, quem possunt sic aquirere, & facilius penitiores corporis partes abire, penetrareq; breviori tempore. Sic videmus in medicamentis, trituratione, aquiri diversum modum penetrandi, & adhuc in naturalibus, quæ friabiliora sunt, & tenuiorum partium, facillime in remotissimas partes abire; sicut ex argẽti vivi penetratione magna, omnes constanter affirmandum statuere, & in compositione medicamentorum addere solemus aliqua, quæ viam sternant, ductusq; patefaciant, ut sic medicamẽtorum vis facilius, breviusq; suum munus cõplere possit, v.g.

v.g. in externis Epithematibus Iecoris miſcemus, aliquid aceti, ſicut in corroborantibus ventriculum, aliquid vini; cuius nulla alia cauſa præter dictam poteſt aſsignari, ſic ſimiliter in permixtione talium rerum venenatarum nō adquiritur maior, & intenſior virtus ex eorum permixtione, ſed facilior conſequitur effectus propter prædictas rationes, quod applicari etiam poteſt ad extractiones rerum vulgo quinta dicitur eſſentia, quarum tenuis portio amplius videtur vigere, maioriq; & efficaciori activitate pollere, quod falſſum mihi ſemper viſſum eſſe, ratio demōſtravit, in ea enim extractione nihil illi additur virium, quas antea ſortiebatur, ſed cum virtus eſſet ligata, & impedita, vel primis, vel ſecundis qualitatibus, quibus erat mixtum tale conflatum, ſeparatione aliquarum ex illis, in ſuam naturalem demonſtrandam vim, quaſi exurgit, nec amplius ſua activitas deliteſcat, quod quidem ſimile in extractione venenorum, & eorū ſubtiliatione poſſe contingere affirmo. ut autem huic quæſtioni ultimam imponamus manum, reſtat argumentis pro contraria ſententia adductis, ſatisfacere.

Primū etenim ſic formatur; eſſentia peſtis, quæ oritur à maligna qualitate dependet à ſyderum influxu; ergo non poteſt à Dæmone adigi; cuius rationis ut enervetur robur: Reſpondetur negando antecedens; non enim vera & legitima peſtis, ſyderum influxum, cauſam externā ſolum habet; cum ſæpe ſæpius alias cauſas ſicuti aferre, & aſsiduus rerum eventus, inconſtanſq; volubilis rota, maxima mortalium mixtura, ſivè corpora quidem noſtra contrarijs humorum aſtricta virtutibus, oſtendunt; ſatis ſuperq; id à nobis in ſecunda queſtionis parte exemplis illuſtratū eſt. Ad confirmationē reſponſum redditur; non bene inferri, ex eo quod ſinè pulveribus, & globulis poſsit peſtis induci à Dæmone, quod nō poſsit, ijs medijs utendo, ad eius introdutionem; reddo rationē propter

ter quam cum posſit ſine talibus medijs prodigia efficere ijs medijs, aut alijs utatur; quam optimè per velleq; ut moris habet affert P. Martinus Delrio, cuius verba placet commemorare, ut ex eis plane huius difficultatis solutio conſtet, & maieſtatis præclariſsima ſententia, noſtra validius obfirmetur, & tota controverſia ingenti radiorũ conſtipata agmine, ad candidos perveniat perfulgentes ſoles: interrogat autem loco citato, cur cum tanta damna per ſe posſit Dæmon impellere, velit, potius uti maleficijs, & maleficorum ope; reſpondet duas inveniri cauſas, quarum altera; *quia hoc pacto maiorem credit facere Deo iniuriam, quando creaturis ratione præditis, & Baptiſmo ablutis, & Chriſmate delibutis, poteſt abuti ad creatoris vilipendium, & irriſionem, ut plurimis etiam ſic noceat, quia non adeo homines aborrent à familiaritate, converſaſioneq; maleficorum, atque odere conſortium Diaboli; ſi ſemper Dæmon ſe pallam oſtenderet multi fædus cum eo percutere, & has artes maleficas exercere detractarẽt, unde ſic plures accivit ſceleris ſocios, quos perdat. Secunda cauſa eſt, quia quædam poteſt per homines, quæ per ſe non poteſt, vel quia nõ tam commode poſset per ſe met ipſum immediate perficere v. g. ſi reſiſtendum ſit alicui viro ſancto concionanti, aut recte vivere ſuadenti, ſicut per Iannem, & Mambem Moyſi; per Elyman, beato Paulo reſtitit, ſicut per Simonem, Menandrum, & alios fecit. Item ſi ſacris rebus abutendum erit quod in maleficijs frequentiſsimum eſt, quibus cum per homines abutitur copioſius lucrum refert animarum; tũc quia ſic plures in fraudem invehit; nam contẽptoribus rerum ſacrarum, contemptum ad auget, veneratoribus falſo ſuadet, hæc à Deo, non à Dæmone fieri; & ſic ad defenſionem maleficorum multos inducit; & peccatum eis impingit; tunc quia conſequitur, ut ad magicã ſuperſticionẽ homines etiam addant ſacrilegium, unde Deus magis, magiſq; offenſus, plura etiam in dies principibus tenebrarum*

Diſq. lib. 4 p. 1. q. 7. ſec.

n

in miseros mortales permittat; interdum tamē quod per illos possit; mavult per se operari; tum ut eorum aliquam gratiam promereatur, tum ut ab ijs suspitionem removeat, tum ut sic potentiam suam ostentet, &c. Ex quibus verbis potest colligi ratio, propter quam multoties utatur magicis superstitionibus, alias in utilibus ad effectum, quem intendit, consequendum.

Secundum argumentum sic exarmatur; quod si pulverum, unguentorum, & globulorum superatactu, multi uno eodemq; die intereant ex eis, qui affecti sunt virulēta lue, & multi sint eadem affectione correpti, & sit cōtagium in talibus affectionibus, bene debetur illi, pestilentis constitutionis nomenclatura; salvatur enim essentia eius, & idea morbi pestilentis in his prædicatis; ergo quibuscumq; conveniant talia prædicata, sine dubio in eis salvabitur essentia pestis,

Tertium enerbatur argumentum; dato, & non cōcesso, quod ex syderum peculiari influxu semper sequatur pestilentis constitutionis status, non probat argumentū, quod ex aere venenato a causis inferioribus legitima & vera pestis non sequatur; & ratio est duplex; prima quia influxus cælestis nihil potest corpora nostra alterare, nisi ex applicatione horum inferiorum; alterando scilicet aerem, vel qualitatibus manifestis, vel occultis, quibus immediate evertitur nostra tēperies, modusq; mixtionis; sed applicatis venenis aeri, talis qualitatis & naturæ, ut illum valeant corrumpere, ac proinde, nos lædere; ergo ex talis veneni applicatione, sicut ex syderum influxu mediate potest oriri pestis. Secunda ratio est, quia iam probavimus in secundo articulo, nō solam unam causam communem sortiri pestilentis constitutionis rationem, & causam efficientem; cum dentur aliæ causæ cōmunes, quæ possint simul, & semel, multos inficere homines, & in pravā deleteriā qualitatē deferre, ut cibus, potus, &c.

Ex quibus ſequitur, ex pulveribus, unguentis, & globulis venenatis poſſe peſtilentem conſtitutionem induci, quandoquidem valent cauſas ſua productione alterare, corrumpereque.

In huius argumenti confirmationem, adducitur quotidiana experiẽtia, ex aſportatione ſindonum, quas Gallici mercatores in Gaditanum emporium devehunt, & excipit noſtra Herculea civitas, quæ cum ſint morbo peſtilenti contaminatæ, ex uſu illarum in lectulis ægrotantium nocentiſsima tabe per unctæ, debebant ſimile contagium fatalium mercium, nobis ad mortem exhalare; cuius contrarium, eventus confirmat, ex ſyderum influxu peſtilentem conſtitutionem oriri, cum innoteſcat ex frequentia ſeminarij contagij. Ergo non poterit induci venenis peſtis, quandoque ortam à ſyderibus, & fixam, ſtabilitamque hanc determinatam cauſam comperimus. Cuius argumenti confirmationi reſpondetur, quod licet peſtilens fomes in linteis, & lana ſervetur; & de una in alteram provinciam hoc medio ſoleat tranſmigrari, ſi lintei mundi, ſindoneſque percolatæ circumferantur amittunt contagioſum fomitem, ſecureque poſſunt tractari; cum enim talis fomes contagij cauſa, ſervetur in aere incluſo, in poris, linteis, v.g. ventilato aere in poris incluſo, exijt lues & ingrediens decurſu temporis retificatur, & præſertim cum lixivio mundatę nihil illius peſtilentis qualitatis ſervent.

Vt autẽ huic ſyderũ influxui ab adverſarijs toties decantato, è diametro adverſemur, præter firmiſsimas rationes ſuperius aductas, ſingulares authenticas hiſtorias à fidedigniſsimis authoribus relatas, illas in præſenti dubio proponere, non dubitavi; cuius ſolutionem licet acri ingenio præditi ſint, reddere veritate, difficillimum erit. Supponamus enim in Italia peſtem veram legitimamq; graſſari, cuius cęleſtis influxus, cauſa ſtabilita non tranſijſſe

ſijſſe eius limina decernatur, noſtra autem Hiſpania tunc temporis, optima fruens ſalute, eiuſque habitatores incolumes exiſtant; ingredianturque tunc provinciam noſtram ſerica indumenta, carbaſa, linea, laneaque induſia; quæ ex Italia aſportata; in qua talis peſtilens conſtitutio graſſatur, contagioſum ſeminarium luis peſtilentis ſecum afferre omnes fateri non dubitabunt. Interrogo nunc, An ex eorum uſu tractationeque lethalis qualitatis occurſu infeſtati incolę noſtri eodem morbo peſtilenti correpti, eaſdem morbi mortiſque pænas ſubire excuſabuntur? minime. præcipue, cum ad hoc certiſsimum dogma comprobandum unico fidiſsimo ſapientiſsimique Doctoris teſtimonio utar, qui tanquam oculatus teſtis Petrus de Peramato hac verborum ſerie, hoc definitũ ſtatuit, cuius proloquium ſicut Hiſpano charactere eſt, ita proponam. *A lo qual reſpondemos, que la principal cuenta que ſe devia tener, es obviar la contagion, &c. eſte conſejo es tan util, y neceſſario, que ſino ſe executaſſe, ſe aſſolaria eſta ciudad, como ſe aſſolò Venecia a cabo de ſiete años; que aviendo padecido una grande peſtilencia, ſacaron de un deſvan una colcha rica, y de ella ſe tornò a emprender la peſte, y mortandad, y en el puerto de ſanta Maria ſe prendio la peſte el año de 80. de cierta ropa, que vino de Vigo, que aſſolò el lugar, y durò la peſte tres años; y de alli entrò en ſan Lucar en un ferreruelo, que truxerõ a un vezino que ſe llama Pozo Dulce, del qual ſe pegò luego a otras caſas, &c.* Nunc petimus, ſi idem malevolorum planetarum aſpectus ſequantur veſtigia contagioſi fomitis? ridiculum enim eſt tale placitum; ſi enim ijſdem ſyderum influxibus contaminatus aer in Hiſpania, ac Italia eſſet, antequam talia ſeminaria ſuos lethales producerẽt effectus, in conſpectum omnium paterent; ſi vero in noſtra Provincia ſine ſyderum influxu, ex ſeminarijs contagionis reſultat peſtis, & unicũ ſufficiet ad peſtis introductio-

Parecèr de peſte.

 nem

tionem medio contagio; ergo non ſemper ex ſyderũ malevolis aſpectibus oritur peſtis, properemus ad evertenda alia argumenta, multum enim tẽporis contererein evertenda hac opinione ſupervacaneum iudico.

Quartũ argumentũ petit modum extinctionis peſtilentis conſtitutionis, ut ſic ſyderum influxui non tribuatur; cum enim repente oriatur, extemploq; ceſſet, nullam aliam originem, cauſamq; ſuæ cõſtitutionis obtinere videtur, quam cæleſtem influxum, cui argumento multiplici modo reſpondetur. Primo ex hoc enim argumentationis modo contrarium propoſitionis probatur; nulla enim peſtilens conſtitutio repente oritur, & repẽte ceſſat, ſed paulatim incipit, & creſcit, quouſq; ſuas integras vires obtinens, depopulatur civitates, devaſtatq; provincias; eiuſq; deſinẽdi modus etiam paulatim decreſcit, videmus enim æſtivis menſibus ſuas integras vires habẽte paulatim autumno, decreſcere, & hyeme ceſſare, ſicut enim venenatarum ferarũ vires torpore languentes hyeme cernũtur; ſic talis peſtilẽtis luis activitas, cõtagiumq; in fomite ſervatum, hyeme hebetatum, minus apparet, & ſic paulatim deſinit, & mitigatur. Secunda ratio eſt, quia ſi talis peſtilentis cõſtitutionis cauſa in aerem referatur per qualitatem occultam, a ſyderum influxu, ei impartitum, in ipſo aere, non poteſt in æternum permanere; ſed per limitatum tempus in illo cõſervabitur; ſicut cõtingit in aqua calefacta ab igne, quæ ſemoto calefaciẽte, per aliquod tempus calefacit, ſine dependẽtia ab igne, quia ab illo remotus, poſtea per dimanationem, quæ vera actio eſt, licet non ita rigoroſa, ſe reſtituit ad priſtinam frigiditatem formæ aquæ connaturalem, non tamẽ dicimus amittere calorem in inſtãti, ſed pars poſt partem remittitur calor, & introducitur frigiditas; ita ſimiliter in aere pars poſt partem, deperditur illa activitas qualitatis venenoſſæ occultæ a ſyderum influxu, per applica-

tionem

tionem horum inferiorum introducta, & reducitur aer ad suas connaturales qualitates. Tertia ratio est, quia inerme iacet hoc argumentandi genus: pestis inducitur ab influxu cælesti; ergo non potest induci ab altera causa universali; sicut si dixerimus, ideo quia est animal convenit homini esse sensibile; ergo esse sensibile, alijs ab homine, non potest convenire; languet profecto talis argumentādi ratio; inquirendum enim est, an prædicata essentialia, quę homini conveniunt ratione animalitatis, non conveniant alijs ab homine, & tunc optima erit talis illatio, ergo soli homini conveniet esse sensibile; eodem pacto dato & non concesso, ut probavi, quod ratione influxus cęlestis tanquam a causa univoca fiat pestilens constitutio, non bene infertur, ex hac sola causa posse oriri pestilentē constitutionem. Si enim de essentia pestilentis constitutionis est, quod simul multi corripiantur morbo communi, & ex eis plurimi intereant, & quod sit talis morbus cōtagiosus; ergo cuilibet Epidemiæ, cui competāt hæc omnia predicata, erit constitutio pestilēs, sed hęc omnia possunt causari ab alijs universalibus causis, & hæc possunt corrumpi a Dęmone; vel ab hominibus, medijs venenis, ergo non solum ab cælesti influxu oritur pestis.

Quintum argumentum fatetur Dæmonis potentiam, ad inducendam constitutionem pestilentem, non vero illam ad actum reducēdam, quod probat tū ex plagis universis huic mundo inflictis, quæ omnes medijs Angelis bonis fuerunt excitatæ. Secundo, quia si Dæmoni per supremi Numinis maiestatem licuisset, sigillatim & determinate non operaretur in aliquas civitates, aut Provincias tātūmodo, sed universaliter in omnes. Tertio quia, profundissimæ abysso divinę cōpetit maiestatis, ut nostri miserta laborum, per malos Angelos tot calamitates, quibus possunt nos vecxari pro sua singulari benignitate impelli, non patiatur: Huiuscemodi sunt maioris momen

ti

ti rationes; Adducit etiam pestem Constantinopolitanā medio Angelo bono impulsam,& malo illā exequente.

Quam parum autem istæ rationes firmæ videantur, qui attento animo illas perpendat,recto arbitri decreto, non multum veritati cōformes, absq; multo labore iudicabit;ideoq; naturæ,essentię Dæmonis,potestas ad mala in nos inducenda nō denegatur,dummodo ex Dei permissione,& imperio exequatur. Quid inde quod aliquæ plagæ universales a bonis Angelis diversimode fuerint illatæ? multas recensere possemus a malis etiam machinatas,perfectas;boni enim & mali spiritus, tāquam propij ministri utuntur Dei omnipotentis facultate, qui ob delicta nostra,sævitia, & furore debachantia, pęnas graves quidem, & acervas, sed tamen iustas, pro benignitatis paternæ clementia aliquando tamē suaviter expetijt. Quæ omnes adDeum optimum maximum,tanquam ad primariā causam, ad Angelos vero tanquam instrumentalem, & secundariam debent reduci. Si igitur non liceat per vindex inaccessi sceptrum,nihil in nos bonę intelligētiæ possent damni committere , nec malæ aliquales noxas ciere:sed ex immortalis numinis permissione, magis propie competit malis, qui tanquam truculēti carnifices mille nocendi artibus malorum mortalitatis desiderio flagrantes,nostrarum ęrumnarum laborumq; intactum aliquid reliquisse graviter pudebit. Et licet inter historias ad opinionis adversariorum comprobationem prolatas Cōstantinopolitana deducatur, a Cælio Rodiginio varietate ponunciatam reperio;quam a consilio intactam pro nunc præmittere decrevi,ut inferius illius maiorem notiam legentibus exhibeamus.

Vltimum argumentum,quod ex depravatis historiarū testimonijs in confirmationem opinionis suæ adversarij proponunt;nei vofo nullo illud sanciunt fundamēto, asserunt enim Cardanum mendaciorum convinctum in hac

etiam

etiam parte fidei mobilis fecisse naufragium. Xiphilinus etiam, torrentis more, e præcipitio fluens, cum dedecoris & fallaciæ nota, fidi, & candidi authoris violabit sanctitatem famæ. Preterea Titum Livium, oculatum testem pestilentis constitutionis vi malefica commotæ a Matronis Romanis non extitisse, & solum ex aliorum dictis loqutum sua verba testari, & sic nullatenus ex prædictis antiquitatis historijs potest confirmari, pestem modo divulgatam, vi Dæmonis concitari non esse impossibile, sicut præteritas ab his authoribus relatas.

Hi sunt argumenti lacerti, viresq; robustæ, quarum eversioni locũ in præsenti parare placuit, ne in medio philosophicarum rationum, historiographus viderer; & quia ut forte fortuna accidere solet, verborum dulcedine historiarum narratione suaviter delinitus, prædictum contextum philosophorum, medicorumq; dogmatum disolvere pro amænitatis amplissimo antiquitatum iudicarer campo, modo mentem rebocare precium opere, cureque duxi.

Sit igitur primus omnium testis, Aductus in nostræ sententiæ confirmationem, contrariæque eversionem, Cælius Rodiginius omni exceptione maior, qui narrans mirã historiam, à Dæmone immediatè inductam, in hæc prorumpit verba. *Cæterum hac parte haud prætereundum utique, debachari amplius, quandoque Constantinopoli cæpisse novum, inopinatumque pestilentiæ genus, quod apud Pelusiotas, Aegyptios inortum primo, grassari mox, latius adortum est. Eius mali hæc fere habebantur initia: Dæmonum terriculamenta, specie humana miseris ingerebant sese, ita, uti ab hominibus incuti sibi plagas opinarentur, quibus occursaculi, id genus obijciebatur; erantque orientis mala, velut proæmia, quibus averrũcandis nullis prorsus amuletis opus erat, vel (ut assolet) mysticis, sacrisq; verbis, sed velut lymphati ac arreptitij vocantes, nec audiebant, etiam si in*

Antiquarum lect. lib. 2. c. 6.

ceo Louu

hoc sunt arg[illegible]

in arcto asservarentur. Per quietem obtingebant hæc, quandoque in horrescebat febris, sed ita uti nec calor demutaretur; neque insitus etiam calor, nam neque inflammatio, ut fit, persentiebatur, verùm tussis infesta erat, nulla discriminis specie tubercula sese ostentabant; sed non eodem tempore omnibus, neque eodem loco. Quibusdam profundior obrepebat somnus; alijs dementia cum rerum omnium oblivione, ut in cibi neglectu conficerentur, ac furentes electo se se proriperent, &c. Ecce lues pestilẽs sicut si ab Hipp. fuisset depicta à Dęmone inducta, & in nostræ opinionis cõfirmationem à Cælio Rodiginio descripta. ex qua possumus elicere legitimam cõsequentiam, quod à Dęmone posit induci pestis.

Lib. 2. epist. 13. Ioannes etiam Langius, in epistolis medicinalibus refert, vi madefica fontem vitiatum, ex cuius haustu omnẽ Germanici Cæsaris exercitum, morbo Epidemico laborasse, eius verba sunt huiusmodi. *In Germanici Cæsaris exercitu citra Rhenum; ex vitiosi, & mediati fontis aquæ potu, vi malefica conspurcati, duos novos exilijsse morbos; quorum alter erat putridnm male olentis oris vitium, quo intra biennium omnes dentes decidebant; alterum quod nervos crunium ita oblædebat, ut compagines dissolverentur, & crura vellicaret.*

Attende morbum communem vi malefica productũ. sed talis vis medijs, maleficijs fuit à Dæmone inducta; ergo Dæmon habet vires ad inducendum morbum communem.

De plica li. 10. c. 12. Hercules de Sacxonia, qui tam irriguo illo sudoris sui plusquam Herculeo opere campos litterarios fæcundabit & rei plena dictione medicinã nobilitabit suo pulcherrimo Pantheone lib. de Plica sic habet. *Si ergo sunt in Rogolania mulieres maleficæ, si tot sunt modi, quibus infertur maleficium, quid probibet, quo minus dicamus, plicam quoq; istam ex veneficio fieri? habebam sanè maximum ad rem*

hanc

hanc confirmandam, argumentum, sed quia mihi omnem superare credulitatem videbatur, illud proferre nõ audebam videlicet in Polonia atq; Germania non raro pestem induci a maleficis quibusdam mulierculis, cum primum defunctæ & humatæ sunt, nec illam antea desinere quam inveniatur cadaver, quod vel propia spolia, vel alia propinqua, ore mordicus teneat, quasi esuriens, avide escam quærat, hæc quæ mitto, omnem mentis captum superare videbantur; scribere nõ audebam, cum vero multiplici iam testimonio mihi repetita, & confirmata sint; nunc autem potissimum a doctissimo Doctore Ioane Vrsino Leopoliensi, cuius authoritatem, ut pote viri fidelissimi, & scientissimi in hoc nostro opere sæpius aduximus, qui profitemur multum luminis hac intractatione abeo accepisse, ideo audacter proferre non dubitavi. Rem itaq; Dominus Vrsinus propijs oculis intuitus sic se habere inquit. Anno Domini millessimo quingentessimo septuagessimo secundo, peste per universam Poloniam graßante, cum mulier quædam defunta ex pago Rzesna dicto in sub Vrbano Leopoliensi aducta ad ædem exaltationis sancte Crucis sæpulta fuisset & ex illo die pestis maxime circa illud templũ desævire cœpit. Qui sepeliendorum mortuorum curam habebant, non temerè suspicantes, villanam illam aliquot ante diebus sepultam, fuiße maleficam: cadaver suum refoderũt, quod cum nudum, & in ore reliquias deboratarum suarum vestium habens reperissent: caput ut moris est, pala præ acuti ferri obducta abcinderunt, ex quo cum sanies ex atro rubens effluxißet iterum terra obruerunt: & pestis ceßavit.

Quid clarius in nostræ opinionis confirmationem poterat excogitari, nisi enim omnia authorum gravissimorum testimonia penitus evertere velimus, evidenter cõstat ijs exemplis, non solum pestem induci posse a Dęmone; sed etiam in actum reduci.

Refert etiam Pater Ioannes de Mariana, illud sæculorũ fidele reconditoriũ quod narrandi sublimitate, copio- *lib.1. c.16*

ſo ſplendoris ingenio, in non impari materia, glorioſis Hiſpaniæ factis tomo 1. *graviſsima conſtitutione peſtilenti Carthaginenſes vexatos, & cuiuſdam oraculi conſilio adolecentibus præ altaribus delibatis, peſtem illico ſedaſſe. Modus autem cruenti ſacrifitij erat huiuſmodi; magno igne prius accẽſo & in cõcavo circa Saturni ſimulacrũ flagrãte, in eius manibus concavis adolecentes tali artificioſo modo imponebant, ut in igneam cadentes foveam, conſumerentur: tunc autem tantus exibat ſtrepitus pulſantium diverſa inſtr umenta, ut miſerorum clamores, gementium, & flagrãtiũ inultimoq; vitæ diſcrimine verſantium, ne audirentur, ne miſericordia adſtãtes commoti incæptum opus relinquerent. Mirum profecto dictu, ſtatim ceſſavit peſtis; & illi præſtigio fidem maiorem adhibentes, in cæterum magis illaqueati & Diabolica ſuperſtitione irretiti, in maioribus ærumnis ad hoc ſacrifitij genus, tanquã ad ſacrã anchorã confugiebant.*

Quod autem bene poſsit inferri, hãc peſtilentem cõſtitutionem fuiſſe à Dæmone patratam, eius ecxitus manifeſte declarat, oſtenditq;, ſi enim per bonos angelos fuiſſet inducta, aut aquavis cauſa naturali, originem duxiſſet; non ceſſaret tali ſuperſticioſſo cruentoque ſacrificio; conſtat ergo doctrinæ veritas, & ne plures fidedigni teſtes huic veriſsimæ ſententiæ, ac confirmationi deeſſe videantur, Lelij Gyraldi prædives delinificus calamus, in hiſtoria Deorum facile princeps, inquit, *Comæus Apollo, velut alij ſcribunt, Cumeus Apollo colebatur in urbe Seleutia, de quo ſic Ammianus Marcellinus lib. vigeſsimo tertio hiſtoriæ ſuæ: poſt hanc, inquit, Seleutia, ambicioſſum opus Nicanoris Seleutij, quæ per duces veri Cæſaris, ut ante retulimus expulſſa, avulſſum ſedibus ſimulachrum Comæi Apollinis, perlatumq; Romã, in æde Apolliñis pallatini Deorum antiſtites collocarunt, fertur autem quod poſt direptũ hoc idem figmentum incenſſa civitate milites fanum ſcrutãtes, in venere foramẽ anguſtum, quo reſerato ut pretioſum ali-*

aliquod invenirent, ex addito quodam concluso a Caldæorũ arcanis labes primordialis exilijt, quæ insanabilium vi cõcepta morborũ, eiusdem Severi Marci Antonij temporibus ab ipsis persarum finibus adusq; Rhenum per Gallias cuncta contagijs polluebat & mortibus.

Et Paulo infra idem author, *sed enim quoq; scribit Baptista Leo Albertus, ex Iulij Capitolini historici sententia, apud Babiloniam in Apollinis templo Arculam inventã auream pervetustam, ex qua aer corruptus inclusus, cum ea infringeretur, se se effudit, qui non solum præsentes interemit, sed etiam finitimas regiones contagio infecit.*

Huius pestilentis cõstitutionis ex arcula aurea provenientis fecit mentionẽ Baronius, *ex Capitolino, qui asserit, in Babilonia ubi de templo Apollinis, ex arcula aurea quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit, atq; inde Parthos, orbemq; complesse & per deceniũ duravit. hoc etiã in libro quod inscribitur Apotecha spiritualium Pharmacorum contra luem cõtagiosam aliosq; morbos reperies.* F. Augusti Vichmãs.

Eodem lib. & cap. ex Dionis. sentẽtia ab prædicto authore pestis gravissima recensetur, cuius hæc sunt verba; *per id tempus tanta pestilentia fuit, quãtam numquam fuisse cognovi: nam moriebãtur uno die sæpenumero ad duo millia hominum, multi non solum in urbe, sed etiam fere sub omni Romano Imperio, necabantur a maleficis hominibus, instrumenta hi erant divinæ vindictæ; quod acus oblitas venenis quibusdam, pretio atq; mercede adducti, in alios conijcerent; ob eamq; causam innumerabiles homines interibant, cuius pestilentis status Eusebius mentionem fecit.* Lib. I. c. I. in Chron.

Et licet parvi pẽdatur hæc historia, quia a Xiphilino referatur, nescio qua de causa in dubium tanti viri fidelitas vertatur, cum ab omnibus huius ævi criticis in suarum opinionum comprobationem plausibus circumferatur, sat erit pro innumeris unus Iustus Lipsius, musarum delitię & senatus eruditorum clarissimus ętatis princeps, qui

pafsim fuã tãto virc patrocinãtur opinionem, fuit natione Græcus evangelicæ doctrinæ fectator, nec ex eo quod Dionis Nicæi comentator, abreviatorq; extiterit, indignus ut omnium Laudes conciliet, alicui videbitur; fic nec Lucius Florus, nec Iuftinus; unus, Epithome Titolivij in lucem edens, alter Troij Pompei epilogatam per orationem in omninm confpectum proferens, impares hiftoricis antiquis; qui Heroũ res præclare geftas maiori verborum copia, litterarum monumentis conmendarunt, extitere. nec author fecundi libri Machabęorum eadem ratione, vituperio, fed laude dignus ab omnibus Chatolice fentientibus iudicatur.

lib.8. D.1 Titus Livius dignifsimus quidem, quẽ plaufibus Roma profequatur, & orbis; fequenti verborũ ferie noftram opinionem corroboravit, *fædus infequens annus feu imtẽperie cæli, feu humana fraude fuit. M. Claudio Marcello, T. Valerio coff. Flaccũ Potitumq; varie in annalibus cognomen confulis invenio. cæterum in eo parvi refert, quid veri fit. illud pervelim (nec omnes authores funt) proditum falfo effe, venenis abfumptos, quorum mors infamẽ annum peftilentia fecerit. ficut proditur tamen res, ne cui authorum abrogaverim fidem, exponenda eft. Cum primores civitatis, fimilibus morbis, eodemq; ferme eventu morerentur. ancilla quædam ad Q. Fabium maximum ædilem curulẽ indicaturam fe caufam publicæ peftis profeffa eft fi ab eo fides data effet; haud futurum noxæ inditium. Fabius confeftim rem ad Confules, Confules ad Senatum referunt, confenfuq; omniũ fidem indici data. Tum patefactum muliebri fraude civitatem premi: matronafq; ea venena coquere & fi fequi extẽplo velint, manifefto deprehendi poße fecuti indicem & coquentes quafdam, medicamenta & recondita alia invenerunt. quibus in forum delatis & xx. Matronis, apud quas deprehenfa erant per viatorem accitis, duæ ex illis Cornelia & Sergia patritiæ utraq; gentis, cũ ea medicamenta falubria*

lubria esse contenderent, ab confutante indice vivere iussæ, ut se falsum commentum arguerent, spatio ad colloquendũ sumpto cum summoto populo in conspectu omniũ, rem ad cæteras retulissent, haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento suamet ipsæ fraude interierunt, comprehenssæ extemplo earum comites, magnum numerum matronarum indicaverunt, ex quibus ad centum & septuaginta damnatæ.

Hoc libenter ad verbum transferre volui, ut ostenderem quantum ad perniciosum vulgarem morbum producendum valeant veneficia: Et ut fides historiæ huic non abrogetur, restat illam ab omnibus calumnijs liberare. Quarum prima est, Titum Livium ex aliorum placitis retulisse; secunda de ea, tanquam de re summopere dubia locutum, quibus satisfacere conabor, tum authoribus tenacissimæ, & immotæ fidei illam referentibus, cum alijs eam historiam corroborantes testimonijs, & ritibus, quibus in illa peste fuerunt Romani usi, ad ipsius sedationẽ.

Et ut oculos convertamus ad illud eloquentiæ & veritatis flumen Valerium Maximum, *cuius prisca gravis lingua reduxit avos,* & aurea verba, hanc pestilentem constitutionem sic contigisse testantur. *Venefitij quæstio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere orta est, quæ cum viros suos clandestinis insidijs veneno perimerent, unius ancillæ inditio pro tactæ pars capitali iuditio damnatæ centum septuaginta numerum compleverunt.* *lib. 2. c. 5.*

Placuit Valerij verba fideliter recitasse, & adamussim expendisse, ni trepida & perexigua defensio Livi authoritatis, & veritatis fiduciam corrumpat, quam aliquis suspitionis crimine violare fuisset ausus, doctus delere, interpungere, corrigere, & in ius dubitationis liberrime vocare. Quod prisci ævi subtilissimi veteres indagatores nerboso labore, assidua exercitatione, solito studio, scrita veterum detenebrantes, ovanti lumine mentis, ad nostram

ſtram uſque ætatem veritatis evulgarũt præconio, quod noſtri cum plauſu,& veneratione exceperunt,pro ingenio mutabit aliquis? Poetarum fabulas (ſacrum hodie aſylum cum hiſtoriæ lubrico ritu, antiquis moribus hallucinamur,nugamenta ſomniantium,neſcio quo ſeveriſsimo examine celebramus.) Antiquorum ergo ſuffragijs Livij & Valerij præſtantiſsimam authoritatem haud dubia timidaque fiducia pro virili vindicabo.

Lib.1.de faſcin.c. 15. In quorum graviſsimorum authorum,& meæ ſententiæ corroborationem, afferam teſtimonium Leonardi Vairi, Benaventani, Canonici regularis Ordinis Sancti Benedicti, & Sacræ Theologiæ profeſſoris,Doctoriſque ſapientiſsimi,inquit. *Roma vero cum ob faſcinum peſti lentia,aut gravi morbo laboraret,hoc pacto civiũ ſaluti cõſules cõſulebant. Dictatorem ex ſeniorũ memoria repetitũ creabant,qui clavum in dextero lapide ædis Iovis optimi maximi,in Capitolio figebat; & ſtatim peſtilentia, quæ nec divina ope,nec humanis conſilijs depelli poterat diſcedebat,ut evenit quando hac de cauſa Lucius Manlius dictator creatus fuit apud hiſtoricos fide dignos legimus, cum Romanæ aliquot matronæ de veneſitijs damnatæ fuiſſent,dictatorem clavum fixiſſe ut mentes alienatæ ſui compotes fierent,ſimili memoria ex Annalibus, repetita clavi figendi cauſa Dictator creatus Cn. Quintilius, qui fixo item clavo, eo piaculo civium mentes compotes fecit, diſcordeſque animos conciliavit.*

En á graviſsimo authore repetita eadem peſtilens cõſtitutio,à Valerio Maximo narrata, à Tito, ſcriptis mandata, & à nemine in hodiernũ diem ullatenus in ambiguam hæſitationem vocata; cuius authoris verborum occaſione,non abs re mihi videtur antiquitatum aliqua ſatis nova de clavi figendi origine, uſuque prælibare, ut hoc per pulchro labore eruditorum etiam deſiderio ſatiſfacere curemus?

Cla-

Clavi figendi antiqua Romanorum solemnitas.

Antiquitatem è tenebris ævi prisci indagatores pulcherrimo labore diligenter eruimus, clavi figendi ritum indagamus, quo se civitas regina nationum adversus pestiferas quasdam lues, ad Iovis Maximi Valvas, sacra cæremonia se obarmavit; utile quidem studiũ, & ad historiarũ confirmandam authoritatem, & sententiæ nostræ veritatem non leviter illustrandam.

Solemnitatem ergo gravissimam, Vates Petronius primus discutiebat in Satyrico.

At paries circa palea satiatur agresti
Fortuitoque lato, clavus numerabat & annos.

Pro *inani, annos* corrigas, & interpungas, cum viro erudito à me consulto, legitimus contextus aliter stare non poterit, Sixtus Pomponius maiorem prætulit lucem. *Clavus Annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus, ut per eos numerum colligeretur annorum.* Similiter Durãtius, & alij curiositatis eruditi cẽsores. ecce ritus primus, origines expendo. cum omnem fere suavitatem literarũ barbara illa maiorum ætas gravi excluserat fastidio, in inquirendis scientijs, explanandis rebus, conservãdis factis, rudi minerva rationem obtinere contenti: pro literis clavos, pro numeris, ferrum: pro disciplinis, metalla; pro characteribus & notis, qui annorum indices forent invẽti clavi; quibus Vulsini in Nartię Hetruscæ sacro fano pro annorum numeris utebantur.

Lib. 1. variarum. c. 5. festus.

Clavus iste Annalis compellabatur, eo quod per singulos annos in sacrarum ædium parietibus figebatur, audisti Pomponium.

Aeneæ materiæ fuisse conflatũ, Alexander ab Alexandro erudite exprimebat, an ut memores fasti à temporum iniuria conservarentur illæsi, & fama principum ad posteritatis memoriam perveniret? sive etymon æris ab splendore deducas cum Homero & Virgilio, *æra mican-*

Cencius apud Andream Tiraquelum ibidem. in Gen. dierus lib. 1. c. 6.

cantia rutila; sive ab esse cum alijs, quod durat semper, & nunquam ut ferrum, vel calybs misera tangatur rubigine, immortalis memoriæ oblivionis nunquam infectę rubigine, haud minoris momenti poterit esse coniectura. An ut ad Iovis dexteram portam, malorum tabelas & mortis spolia e tholo suspenderent, ob id enim clavus dicitur ut figat, & contineat aliquid. Figebatur sępe ædis sacræ dextero lateri, ex ea parte qua Minervæ templum situm est, cum numerus Minervæ inventum repeiatur *Livius*. Vtrum hęc cęremonia, ut Opitu'i statoris auxilio robusto, reipublicę fundamina obnitentia, & bene vallata imperia, nec labi, nec tentari possent; vel quia recta dictatoris urbis administratio, à Iovis fælicitate solemnitatis ista pompa esset exposcenda? quando idibus Septembris clavum occupabat imperij novus dictator Livius lib. 7. *Lex vetusta est priscis literis verbisque scripta, ut qui Prætor maximus sit, Idibus Septembris clavum pangat.* Elegans explanatio, & Romanorum morem minime abhorrens, si ad gubernaculum civitatis clavorum traducas ritum, est apud Ennium pulcherrima pictura.

Vt clavum rectum teneam, Navemque gubernem.

Similiter Quintilianus. ecce gubernaculum.

O Navis! referent in mari te novi
Fluctus, o quid agis? fortiter occupa
portum.

Ecce Vrbem Romanam in bello civili Bruti & Cassij fluctibus iactatā. nō igitur ab instituto more clavus sive Reipublicę gubernaculum Iovi pangitur opitulatori.

Sed ne maiori digressione in longius producamus sermonem, clavi huius cęremoniā firmiter cōfirmemus nostram sententiam. clavus æneus efficax est antidotū veneno, corruptioni, & putrefactioni Ludovici Cælij Rhodiginij digna maiestatis verba dabo, *& illud scitu dignissimum id fuisse moris venatoribus, ut sicubi in remotioribus*

ribus ſuam deieciſſent vel cerebrũ, ne computreſcerent clavum æneum infigerent, unde clavum æneum nobis eſſe proverbio dicimus, quidquid eſt, quo ita nitamur confoveamurque, ut eo tanquam radice firmiſsima adverſus reflatum omnem obfirmati, conſtipatique conſiſtamus veluti maiorũ omnium amuletum geſtantes.

Aeneis iſtis clavis vim ineſſe, adverſus venena cũ Rodiginco opinamur, proinde etiam principe Philoſophorũ authore, cuſpide ænea illata fuerint vulnera, minus afferri doloris, & facilius perſanari creduntur. Plinius ibidem, & in Luna veneficia arguente mortalitate ob id crepitu diſſcens auxiliante. Vide Macrobium, & alios quos Laconiſmi amantes, libet omittere. Maneat igitur clavis ęneis medicam præſtantiam adeſſe, quæ peſtilentes, & contagioſos morbos violenter expellat, quarundam matronarum manu facta lues vehementes experiatur vires, rem aperiunt Valerius & Livius tanta quidem fide quãta inſana perfidia geſta eſt, vide ſupra horum authorum verba, ſubiungit Livius immediatis verbis. Itaque *memoria ex annalibus repetita, in ſeditionibus quondam plebis clavum à dictatore ficxum alienataſque diſcordia mentes hominum eo piaculo compotes ſui feciſſe, dictatorem clavi figendi cauſa creari placuit.* *Lib.5.*

Et cum per multorum capita inſanabiles cuiuſdam peſtilentiæ pernities inmaniter graſſaretur, nec divina ope nec humanis conſilijs lebari tantiſper poſſet à Neio Quintilio dictatore creato clavo defixo contagioſa labes diſceſsit. Poſtquam ſic Alexander cum Romæ de veneficijs quærerent, & aliquot matronæ damnatę forent ſimili memoria ex Annalibus repetita memoria clavi figendi cauſa dictator creatus Neius Quintilius, qui fixo item clavo cum eo piaculo civium mentes ſui compotes feciſſet. Manlius etiam imperioſus, Caio Genutio, & Lucio Mamerco Conſulibus Annali defixo clavo ab alia peſte, Romana civitas libera manſit.

Negetur modo & Livio & Valerio, & tot nobilissimis authoribus gravibusq; rationibus fides, & animadvertat Lector veritatem nostræ doctrinæ firmissimis hisce rationibus firmiter obfirmatam.

Articulus ultimus.

An homines venenatis medijs, possint sine interventione Dæmonis pestem inducere?

VLtimus in hac disputatione cōtrovertitur articulus, an scilicet homines sine Dæmonis intervētione, possint pestem inducere? facillimo negotio tota erit decidenda questio, si in articulis precedentibus stabilita doctrina trutina mentis acie perpēdatur, ex ea enim præsentis dubij resolutio desumitur. Ethenim Dæmon in applicatione activorum passivis, nihil naturali eorū activitati prestando, tanto opere lædere potest, ut pestem inducere valeat; si hominibus eadem cognitio scientiaq; nō denegetur, optime ex eorum venenorum applicatione talem effectum producere valebunt; & ita ne actum agamus, inaniter eadem repetentes huius dogmatis veritatatem, corroborare testimonijs, & rationibus, tempori & fastidio parcentes, lubenter prætermittimus.

Potius autem ambigere possemus, si eo hominū insania possit effundi, ut proterve sævientes plurimos mortaliū supremæ tradere luci, simul, & semel enitantur, & venenata lue oppressos extinguere valeant verū quis non aspiciat improbitatē hanc omnis pietatis limines naturæq; leges trāsgredi, sed nostræ ætatis calamitosa, cæca, & limphata fortuna scrupulum & dubitationem ademit, ostēditq;

ditq; corruptos & pestiferos animos, eam sibi, in humani generis perditione, unica & funesta ruina præcipitem licentiam, in successu ipso securos, gaudio potuisse facere, horridum, barbarum & plusquam ferinum facinus, quasi glorioso triumpho mortalium sanguinis, omnibus retro actis sæculis maius infundere poculum. Quam perbelle illustria Cordubæ decora, magnus Seneca, *illud nũc quærendum est, hi qui vulgo sæviunt & sanguine humano gaudent, an irascantur cum eos occidũt aquibus neq; acceperũt iniuriam neq; accepisse se ecxistimant, qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris, hec non est ira feritas est, non enim quia accepit iniuriam nocet, sed parata est dum nocet velle accipere, neq; illi verbera lacerationesq; in ultionem petuntur sed in voluntatem.* Hannibal cum fossam humano sanguine plenã vidisset fertur exclamasse, ò formosum spectaculum! Athalus Philomator pro obletamento habuit, eleborum, aconitum, cicutam venenatasq; herbas plantare, ut inde fructum, legeret? Ne autem verbosius, quam par sit, hoc argumentum prosequi alicui videatur, toti dissertationi coronidem imponamus unico & præclarissimo eiusdem philosophi, ad præsens institutum admirationis discursu: in quo tanquam in Tabela subtilibus ingenij lineamẽtis omnium flagitiorum anazephaleosim ad vivũ exprimit, & Mediolanensis civitatis, pulverum, veneni, & manu factæ pestis lachrimabilem tragędiam exponit. *Omnia inquit sceleribus ac vitijs plena sunt, plus comititur quam quod possit coercitione sanari, certatur ingenti quodã nequitiæ certamine, maior quotidie peccãdi cupiditas minor verecundia est, expulso melioris æquiorisq; respectu quocũq; visũ est libido se impingit nec furtiva iã scelera sunt, præter oculos eũt, adeoq; in publicũ missa æquitia est, & in omniũ pectoribus evaluit, ut innocẽtia nõ rara sed nulla sit. Nũ quid singuli aut pauci rupere legẽ? undiq; velut signo dato ad fas nephasq; miscendum coorti sunt. Et cota pars ista scelerum* *est,*

Lib. 2. de ira.

Plut. in eius vita

bis. in eius vita l. 16.

est, non descripsit castra, ex una parte contraria parentum liberorumq; sacramenta diversa, subiectã patriæ, civis manu flamam, & agmina infestorum equitum, ad conquirẽdas proscriptorum latebras circumvolantia, & violatos fontes venenis & pestilentiam manu factam & praductam obsesis parentibus fessam plenos carceres, & incendia totas urbes concremantia, &c. Perpendite verba, illa pestilẽtiam manu factam pro ferocienti argumento sæculi huius, & pulverulento Mediolanensi contagio; quod aptissimis coloribus pingitur animatur, a Seneca; Exanimet utinam cælestis ille pater quas patimur ęrumnas, hominum ultrices malorum jactabũdas manus, & si quæ graviora crimina, superinum cius lacæssant in pœnas Numẽ. Vindex stet sua mitissima dextera, ne partes scælus expiãdi, mortalib[9] in mortales cõmittat lissæ, enim clamore incitati cæco proruentes impetu sine modo universi sonitus statim audietur ruinæ, & dilaniatum videbimus sæculum Pyrrhæ nova monstra questæ; abertat Deus patiaturq; se vinci misericordia, quã de penetrali cordis deprecamur affectu.

LAVS DEO.